b ¶ Expirat. Adde Col. cõſ. 4. de of. deleg. limita hãc fallen. niſi in executione præcepti eẽt adhibẽda aliqualis cauſę cognitio, quia expirat morte principis. ita Rota deciſ. 349. in nouil. incipit ſi Papa mandat, item lita ſecũdũ Ang. in d. l. feuda.
c ¶ Commiſſionem. D. Iaſ. dicitur ꝙ cõis ſñia eſt contra Bar. vt hic latius per eũ; tu dic ꝙ per cõmiſſionem citationis perpetuet̃ iuriſdictio ſecundũ d. Car. & Ab. in c. fi. de of. deleg. quia commiſſio eſt prima pars citationis, & illa eſt iuriſdictionis: quia extra territoriũ cõmitti põt. c. Romana. §. contrahentes. de fo. comp. pro quib. facit ꝙ voluit Ro. conſi. 330. an autẽ per actũ nullũ perpetuet̃ iuriſdõ. Ro. cõſ. 335. tenet quòd ſic, licet ſe reſtrixerit cõſ. 412. ſolũ quo ad caſũ. c. venerabili.

vt in

vt in c.gratum,& c.relatum de offi.del.& no.co.tit.lib.vj.c.j.&
c.ſuper quæſtionum.q.cquid ergo gl. hic dicat,dic & ēt per quē
cunq; alium actum,vt notat gl.in c.ne aliqd.de hær.li 6.Vnde
ēt ſi delegatus principis re integra ſubdelegauit, & antequam
ſubdelegatus inciperet vti mortuus eſt princeps, non expirat
iuriſdictio ſubdelegati,q̃a delegatus incipit ea vti ſubdelegan-
do,vt notat gl.c.a ſubdelegato.de offi.dele.lib.vj. Quid autem
a econtrario ſi mortuus[a] eſt delegatus ſubdelegās & viuit prin-
10 ceps primus delegans?dic vt Inn.in d.c.licet.†Et quid ſi ſunt plu
res iudices delegati in vna & eadem cā, & vnus incepit vti an
iuriſdictio ꝑpetuetur quo ad alios?dic ꝙ ſic,vt in ca. cum plu-
res.eo.tit.in fi.Et ſi delegata eſt iuriſdō ꝯ eandē perſonā in plu-
rib.articulis,& cœpit in vno,an ꝑpetuetur in aliis? dic ꝙ non
ſi ſunt articuli diuerſi & ſpecificè ~~non~~ nominati in reſcripto,
vt eo.tit.c.fi.in ver.oſtiū.& no.in d.c.ne aliqd,ſecus ſi eſſent cō
nexi vel non nominati,ſed ſub gn̄ali ſubdelegatione compre
henſi,& ſic reputaretur vna delegatio, vt l. ſcire debemus. de
ver.obl.q̃a vtendo in vno ꝑpetuatur quo ad oēs cum idē ſit iu
dicium de connexis,vt c. translato.de conſtit. Secus ſi ſunt di-
uerſi ꝑ rationem l.eum actum.ff.de neg.geſt. & de ſepa.l.j.§.p̄-
11 terea.de aqua quot.& æſtiua.l.j.§.illud cum ſequ. ¶†In tex.ibi
[ſolui mandatum]dicit Inn.ſingul̃r,in d.c.licet.& in c.cum ve
niſſent.de teſt.qđ ēt ſequi vr̃ Spec.in d.§.reſtat.ꝙ finitur non ip
ſo iure ſed ope exceptionis,& hoc eſt magni effectus, quia ſi
partes ſciētes mortē delegātis ſponte litigāt corā delegato,ua-
lebit ꝓceſſus, ex quo iuriſdōnis ſubſtantia non eſt extincta ꝑ
mortē ipſo iure.& idem no.in c.cœterū.de reſcr.ſed ſi eſſet ex-
tincta,ipſo iure non valeret ꝑ l.priuatorum. C.eo.ti.non ergo
eſt curandū,an iſte delegatus,q̃ proceſſit poſt mortē delegātis
ſciuerit,vel ignorauerit illius mortem, ſed an litigātes ſciue-
rint,& valet ꝓceſſus,an ignorauerint,& non valet. & hoc vlt.
mō dēt intelligi gl.q̄ eſt in l.eius q̃ in ꝓuincia ff.ſi cer.pet.ſuper
ver.ignoraſſent.in fi.Hoc dictū Inn.licet ſit ſingulare ſi eēt ve-
b rū,[b] nec inueniā reprobatū,non tn̄ vr̃ verū, q̃a mādatū iuri-
ſdōnis æqparat̃ mādo ꝓcuratoris,vt hic in fi.ſed mādatū ꝓcu-
ratoris ipſo iure extinguit̃ morte mādātis re integra, vt l.man
datū.C.manda.q̃a pēdebat a volūtate mādātis,q̄ ꝑ mortem fi-
12 nitur & extinguit̃,vt ff.loc.l.4.&c.¶†Vlt.no.ibi[ſicut in reliqs]
ꝑ hunc tex.dicit Inn.in c.cū olim Abb.de of.dele.ꝙ ſicut man
datū procuratoris pōt fieri in diem,vel ſub cōd.& ad lites p̄ſen
tes,& futuras,vt ff.de ꝓcuratorib.l.ii.cū ſeq.ita & mādatum iu
riſdōnis,tn̄ in reuocatione exp̄ſſa differunt,q̃a mandatum iu-
riſdōnis non poteſt reuocari qn̄cunque etiam re non integra,
vt l.iudicium ſoluitur.ff.de iudiciis.non ſic in mandato ꝓcura
toris.l.poſt litē.ff.de procuratorib.Cetera dic vt hic ꝑ gl.& Bar.

ADDITIONES.

a ¶Delegatus.Adde Fed.conſi.202.licet loquatur in officiis commiſſ.
b ¶Eſſet verum.Cum op̄.Pau.tranſit d.Iaſ. dic ꝙ Fely. in quinta differentia inter mandatum procuratoris & delegati, tenet ꝙ non expiret, niſi habita notitia ꝙ geſta per legatum reuocatum valeant non habita notitia tenet Cald. conſi.4.de of.leg.vbi reſpondet ad gl.in l.eius qui in prouincia.& in quantum d.Iaſ.dicit ꝙ mandatum executoris non expirat morte mandantis re integra. adde ꝙ in mā ſtricta executor non dr̃ delegatus ſm̄ Abb.in c.ſiqs contra clericū. de fo.comp.

LEX VII.

1 *Diuiſio materiæ præſentis legis.*
2 *Corrumpens vel remouēs picturam factam de aliquo in pariete publico ab ipſa rep.occaſione alicuius delicti in rēpu.cōmiſſi īcidit ī pęnā huius edicti & p̄t cōueniri à quolibet de populo,et cōdēnatur in qngētis aureis.*
Corrumpens libros poſitos in armario communis tenetur hoc edicto.
3 *Pœnæ q̄ exigūtur ꝑ actiones populares applicātur parti ſeu agēti nō fiſco.*
Idem in pęnis ſtatutariis ſi ſtatutum produceret actionem pro ipſis exigendis,ſi vero accuſationem,applicantur fiſco.
4 *Maſculinum concipit fęmininum etiam in odioſis & pęnalibus quando materia congruit vtrique ſexui.*
5 *Tempus præteritum de proprio ſignificatu non comprehendit præſens nec futurum,& qualiter ſeu quando extendatur ad præſens.*
6 *Statutum ꝙ ſi poteſtas fecerit aliquam propoſitam in cōſilio generali quæ ſit contra vtilitatem communis ipſo iure ſit priuatus officio, intelligitur poſtq̄ perfecit ipſam propoſitam, & ꝙ valeat reformatio poſtea facta tanquam propoſita facta ſit à poteſtate,vt requiritur ex forma ſtatuti.*
7 *Epiſcopus ſi excommunicauit aliquos ſi elegerint vel electionem fecerint de tali, ꝙ ſtatim cum incipiunt & ſeparant ad eligendum ſunt excommunicati,& electio ſubſecuta non valet.*
Quid ſi excommunicat aliquem ſi appellauerit.
Quid ſi ex eodem tempore quis incipit appellationem legere & epiſcopus incipit excommunicare.
8 *Statutum ꝙ mulier ingrediens monaſterium non poſſit patri ſuccedere extante maſculo ꝙ non valeat.*
9 *Non valens ſoluere pęnam inductam ad vindictam publicam luit in corpus,& poſtquàm luit liberatus eſt à pęna pecuniaria.*
Cautela pro aduocato clientuli pauperis qui eſt condemnatus vel condemnādus in magna pęna pecuniaria ne moriatur in carceribus.
10 *Propter ruſticitatem & imperitiam excuſatur quis à pęna ī delictis q̄ cōmittūtur cōtra ius merè poſitiuū ſecus ſi cōtra ius naturale, vel quaſi.*
11 *Licèt quis non corrumpat,ſi tamen tollit, perinde punitur hoc edicto ac ſi corrumperet,occultans inſtrumentum ne videatur veritas ꝙ iſte committat falſum,ſicut ſi verba eius corrumperet & mutaret.*
12 *Mandans ita tenetur hoc edicto ſicut faciens.*
Quid in ſtatutis.
13 *Quid ſi faciens non fuit in dolo,ſed mandans ſic.*
14 *Quando ſunt plures pluraliter delinquentes ſicut quilibet tenetur inſolidum & vno ſoluente non liberatur alter,ita & ſi ſunt plures mandantes qui tenentur acceſſoriè,& quando vno ſoluente alii liberantur.*

1 SI quis id quod. †In hac l.ponit primo vnum dictum p̄toris ꝯ
illos,q̃ in contēptum iuriſdictionis ordinariæ cor
rumpūt edictū ipſius ordinarij, vt teneat̃ actione
in fac.pœnali in quingentis aureis. & actio ſit popularis & cō-
petat cuilibet de populo vſq; ibi,ſerui.poſtea exponit & decla
rat verba edicti in tota hac l.cum duab.ſeq.vſq, ad l.q̃ iuriſdō-
nis.& hāc l.commentauit Odof. in ſuis libellis ſuꝑ actione in
2 factum,q̄ inci.hoc edicto.¶†Ex prin.huius l.not.ꝙ ſi aliqs cor
rumperet vel remoueret picturā factā de aliquo in pariete pu
bli.ab ipſa republica occaſione alicuius delicti in rēpubl. com
miſſi,incideret in pœnā huius edicti,& poſſet cōueniri a quo-
libet de populo,& condēnatur in qngentis aureis,q̃a hoc edi-
ctū nō loqt̃ ſolū de ſcriptura poſita in albo, ſed de quacunq;
alia,vt ibi dū dicit,id qđ.et q̃a illa pictura fuit poſita vt perpe-
tuo ibi ſtaret, iō verificant̃ hæc verba iuriſdōnis ꝑpetuę cauſæ
et c.et iſtud delictū fuit ꝯmiſſū ī cōtēptū reipub. q̄ fecerat fieri
illā picturā,ergo etc.vt ff.e.l.ſi familia.ver. fortaſſe.idē ſi corrū
3 pat libros poſitos in armario cōis. ¶†No.ēt ſm̄ gloſſā q̄ inc.
al̃s, ꝙ pœnę q̄ exigunt̃ ꝑ actiones populares applicant̃ parti
ſeu agēti nō aūt fiſco,et iō efficiunt̃ ꝓpriæ ꝑ lit.ꝯte. vt l.ſi cui.
de ver.ſig. ſed an̄ cōteſtationē nō ſunt magis vni⁹ q̄ alterius.iō
nō pōt qs in cā ꝯſtituere ꝓcuratorē,vt l.licet.ī pri. ff. de ꝓcura-
torib.et idē eēt in pœnis ſtatutariis ſi ſtatutū ꝓduceret actionē
ꝓ ipſis exigēdis,si aūt accuſationē,tūc applicarent̃ fiſco.qđ de
4 clara vt no.Bar.ī l.agraria.de ter.amoto.¶†Itē no.ī ver.vtrūq;
ꝙ ēt ī odioſis et pœnalib.maſculinū cōcipit fęmininū,qn̄ mā
ꝯgruit vtriq; ſexui.de hoc.ī l.q̃cūq;.C.de ſer.fugi.et l.j.ff.de ver.
5 ſign.ꝑ Bar.¶†Itē no.in ver.ꝙ si dū ꝓponit̃.ꝙ de ꝓprio ſignifi-
catu p̄teritū tp̄s non cōp̄hēdit p̄n̄s,vt hic,nec futurū, vt ſ.de
leg.l.cū lex.licet ꝑ extenſionē illius,q̃ pōt legē codere ꝑꝑ iden
titatē rōnis extēdat̃ ad p̄n̄s,vt hic fecit Pōponi⁹, q̃ extēdit ver-
ba edicti vltra ſign̄atū,et si nō extēdiſſet, edictū p̄toris ꝑ ſe nō
6 extēderet̃.& ꝑꝑ hoc†Iac. But. diſputādo determinauit q̄ōnē ꝑ
iſtū tex.Si ſtatutū dicat,ꝙ si ptās fecerit aliquam propoſitā in
conſilio gn̄ali,q̄ sit ꝯ vtilitatē cōis, ipſo iure sit priuatus offō.
et alio ſtatuto caueat̃ ꝙ non valeat reformatio facta ꝑ conſi-
liū niſi p̄ceſſerit ꝓpoſita facta ꝑ ptātem,et ptās facit ꝓpoſitam
ꝯ publ.vtil.et ſuꝑ ea facta fuit reformatio,vtrū valet iſta refor
matio?et determinauit ꝙ sic.q̃a ptās non fuit priuatus offō ni
si poſtq̄ ꝑfecit ipſam propoſitā, cum ſtatutum loquat̃ ꝑ ver-
bum p̄teriti tp̄is.ſ.fecerit.et sic non fuit priuatus eo ipſo ꝙ inc.
eā facere,vt colligit̃ ex hoc tex.tunc.n. eſſet facta ꝑ non ptātē,
q̃a tp̄e quo ꝑfecit erat iā priuat⁹,et q̃a act⁹ ab vlt.fine denoīa-
tur.ꝑ l.talis ſcriptura.de leg.j. et ꝓ iſta opi. facit determinatio
Doc.de reg.iur.in pœnis.lib.vj.q̃ dicunt ꝙ pęna veri delicti nō
ꝯmittit,niſi delictū ſit ꝯſummatū et ꝑfectum,vt ēt no. Cy.in l.
ſi qs non dicā.C.de ep̄is et cler.ſed non fuit ꝑfectū eo ipſo.ꝙ ī-
cip.ꝓponere,ſed cū ꝓpoſitā ꝯſummauit.hoc eſt verū in pęnis
7 tp̄alib.ſecus in excōicatione q̄ eſt ſp̄ūalis.¶†Vn̄ dicit Inn.in c.
p̄terea.de app. ꝙ ſi ep̄s excōicauit aliquos ſi elegerint vel ele-
ctionē fecerint de tali.ꝙ ſtatim cū īcipiunt et ſe p̄parāt ad eli-
gēdum ſunt excōicati.et ideo electio ſubſecuta nō valet,q̃a fa
cta ab excōicatis,q̃ non pn̄t eligere,q̃a gladius dn̄i penetrabi-
lior eſt gladio ancipiti,et ſic excōicatio cēſet̃ p̄uenire ꝑfectio-
nē act⁹.et ſi excōicat aliquē ſi appellauerit ſtatim ꝙ incip.ap-
pl̄onē legere excōicatus eſt, et iō appl̄o illa poſtea ꝯpleta non
pōt excōicationē factā ſuſpēdere,q̃a trahit ſecum executionē
q̄ ꝑ appl̄onem ſubſecutā non tollitur,vt dicunt gl.in l. ſi qs fi-
lio exhr̄dato.§.irritum.de iniuſto teſta.et in l. furti.§.j.ff.de his
q̃ notant̃ infamia.et in plurib.aliis locis.ſed ſi non eſſet excōi-
catus anteq̄ appl̄onem ꝑfecerit,tunc eſſet econuerſo, q̃a non
valte excōicatio cum p̄ceſſerit appellatio,qua appellantē exe-
mit à iuriſdōne excōicantis. vn̄ non pōt poſtea excōicare, &
iſta ꝓcedunt qn̄ p̄ceſſit verbalis excōicatio ſic facta ſub cōd.ſi
appellaueris vl̄ ſi elegeris anteq̄ incipiat appellare vel eligere.
Si aūt eodē tp̄e qs incipit appl̄onē legere & ep̄s īcipit excom-
municare,qđ iuris ſit,& q̄ iſtarū p̄ualet, vide ī merculiarib.ī c.
cum ſunt iura partium.de reg.iur.& ibi vide bona iura hincin
a de all.[a]¶†Facit ēt iſte tex.ſi ſtatutum dicat,ꝙ mulier ingrediēs
8 monaſterium[b] non poſſit patri ſuccedere ſtante maſculo, an
b valeat?Doctores vīr tenere ꝙ ſic, q̃a confert effectum ſuum
in tem-

ADDITIONES.

a ¶Allegata.Adde ad hoc qđ voluit Io.An.ī add.ad Spe.in ti. de conſt.circa prin.
b ¶Monaſterium.Adde eundem conſi.2.4.

in tp̄s quo adhuc non eſt monialis, ſed incipit fieri, & ſic eſt ad
huc ſub iuriſdictione ſtatuentium, ideo poteſt ſtatutum in eā
iniungere hanc qualitatem & priuationem. ſecus ſi diceret in-
greſſa monaſterium non ſuccedat, q̄a tunc confert effectum ī
tp̄s quo nō eſt de ſua iuriſdictione. ar. in l. Stichus ſeruus me⁹.
de manu. teſt. & ita no. per Iac. Bu. & Bal. in l. Deo nobis. C. de
epiſc. & cler. & tangitur in l. fi. C. de pactis. per Bar. Ego tamen
conſului ɔ̄rium in primo dicto, q̄a cum ſtatutum conferat ef-
fectum ſuum in tp̄s quo adhuc non eſt monialis, tn̄ cenſetur
factum in fraudē vitæ contemplatiuæ & ad retrahendum eā
ab ingreſſu, ergo & c. vt in auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccle. & vide
pro q. Iac. But. de qua s̄. gl. optimā in l. ſed & partis. §. fi. in vlt. gl.
9 ꝙ metus cā. in q. de puncto. ¶ † Item no. in ver. in ſeruos. regulā
generalē ꝙ non valens ſoluere pœnam indictā ad vindictam
publ. luit in corpus. & no. ꝙ poſtquam luit, liberatus eſt à pœ-
na pecuniaria, vt l. diuus. in fin. de iu. patr. de in ius voc. l. fin. iō
dicit Ang. hic ſis cautus qn̄ clientulus tuus eſt condemnatus ī
magna pœna pecuniaria ne moriatur in carcerib. facias illam
commutare in paruam pœnam perſonalē, puta fuſtigari vel
torq̄ri. & d̄ hoc facias fieri publicū inſtr̄m, & debebit relaxari
a de carcerib.[a] & poteſt hoc fieri ante cōdemnationem ſi vides
ipſum eſſe pauperē vel eſſe poſſe, vt no. Cy. in l. quicunq;. C. de
ſer. fugi. & Bar. in l. iniuriarum. ꝟ. de iniu. circa fi. ti. facit l. j. ꝟ. de
10 pœnis. in fi. ¶ † Item no. in ver. doli. ꝙ in delictis q̄ committunt̄
ɔ ius poſitiuum merè ꝑꝑ ruſticitatem & imperitiā excuſatur
quis à pœna, ſecus ſi ɔ ius naturale vel quaſi, vt l. venia. C. de ī
11 ius voc. & no. gl. l. regula. ꝟ. de iur. & fa. ig. ¶ † Itē no. in ver. hoc
vero edicto. ꝙ licet q̄s non corrumpat, ſi tn̄ tollit perinde pu-
nitur ac ſi corrumperet, q̄a idem ſeq̄tur effectus cū facias quo
minus trāſeat in pub. notionē. & poteſt hoc eſſe vtile ad mul-
ta. vn̄ vr̄ ꝙ qui abſcondit & occultat inſtr̄m ne videatur veri-
tas, committit falſum, ſicut ſi verba eius corrumperet & mu-
12 taret. vide Bar. in l. Paulus. ꝟ. de Fal. † Item no. in ver. itē & ſi q̄s,
ꝙ licet verba edicti ſint in ꝑſonam, q̄a dicit. ſi q̄s id q̄d eſt & c.
tn̄ comp̄hendunt fieri facientē. ideo vr̄ ꝙ ſi ſtatutum dicat, ꝙ
ſi q̄s percuſſerit aliquē in platea puniatur tali pœna maiori,
ꝙ non ſolū comp̄hendatur q̄ ꝑcuſſit ſuis manib. ſed ēt q̄ ꝑcu
ti fecit. in ɔ̄rium q̄d no. in l. verba. ꝟ. de adul. & l. aut q̄ aīr. cū l.
ſeq. ꝙ vi aut clā. dic br̄ ꝙ hoc eſt ꝑꝑ extenſionē factā ꝑ Iuriſc.
b q̄a de proprio ſignificatu non comp̄henderetur fieri faciēs,[b]
ſecus ſi verba ſunt ꝓlata in rē: puta pro ꝑcuſſione facta in pla
tea punitur tali pœna: nam comp̄hendūtur oēs participes, vt
13 no. in d. l. verba. ¶ † Itē in ver. ſed ſi alius. ꝙ licet principalis nō
commiſerit delictum, q̄a caret dolo, mandās tn̄ ſi fuit in dolo
bn̄ committit, ſed ɔ de. l. ſi is q̄. §. ſi tu Titiū. ꝟ. de fur. ſolue vt in
gl. q̄ incipit non. & declara meli⁹, q̄a ibi loq̄tur in furto, q̄d eſt
maleficium nominatum, & eſt ēt nomen à iure poſitū, & nō
committit̄ ſine dolo, cū ſit contrectatio rei alienæ facta dolo-
sè, ſicut & videmus in falſo, vt l. q̄d ſit falſum. ꝟ. de Fal. hic loq̄t̄
in maleficio innominato, q̄a non recipit nomē niſi ab ipſo fa
cto, vt corrumpere album p̄toris, iſte. n. actus corrumpēdi fieri
14 poteſt aīo doloſo, ſicut à doloſo, ſed furtum non. ¶ † Vlt. no. in
fi. in verb. mādauerint, ꝙ ſicut qn̄ ſunt plures pluraliter delin-
quētes q̄libet tenetur inſolidū, & vno ſoluēte non liberatur al
ter vt hic. ita & ſi ſunt plures mādantes qui teneꝑt̄ acceſſoriè.
ſed ɔ̄ de l. ſequenti ſi familia, in fi. ſol. hic loq̄tur in plurib. man
dantib. q̄ ſunt liberi hoīes. ſi aūt ſint ſerui vnius, tūc ſi oēs mā-
dāt vni ꝙ delinquat, hr̄ pro vno maleficio quātum ad hoc vt
dn̄s eorum nō puniat̄ ꝑꝑ eorum delictum, niſi unica pęna ac
ſi vnus ſolus delīq̄ſſet: licet ſecus eſſet ſi ꝑ ſeipſos propriis ma
nib. illi ſerui delinq̄rent, vt ibi patet quantum ad caſum huius
l. quia tunc hn̄r pro plurib. delinquentib. & dn̄s tenetur tanq̄
pro plurib. Sed ɔ̄ ꝙ idē ſit in liberis hominib. vno conſilio, &
deliberatione mādantib. vt habeantur pro vno, vt ꝟ. q̄d vi aut
clā. l. ſp. §. ſi quis in ſepulchro. Sol. notabiliter hic loquitur qn̄
erat merè pœna tam ex parte agentis, q̄ ex parte conuenti, iō
plures mandantes licet cōicato conſilio hn̄r pro plurib. & q̄li
bet tenetur inſolidū & vno ſoluente alij non liberātur. ibi qn̄
erat pœna ex parte conuenti & intereſſe ex parte agentis, &
tunc vno ſoluente alij liberantur qn̄ cōicato conſilio, ſecus ſi
non cōicato & diuerſis tꝑib. vt hæc hn̄r in illo §. ſingulari. qui
15 non eſt alibi. ¶ † Et aduerte ꝙ interdum plures tenentur ad pœ
nam ex ɔ̄ctu, & vno ſoluente alij liberantur, vt l. ii. §. fi. de ver.
obl. Interdum ex quaſi delicto, & rn̄de vt l. j. in fi. & l. ꝓceptio-
ne. ꝟ. de his q̄ deie. vel effu. Interdum ex mero & vero delicto,
& tūc aut loquimur de pœna criminali, quæ applicatur fiſco,
vel imponitur, in perſonam: & vno ſoluēte vel luente alij nō
liberantur, vt l. ſi in rixa. ꝟ. ad l. cor. de ſic. niſi plures habeantur
loco vni⁹, puta qn̄ vniuerſitas delinq̄t vt vniuerſitas, vt l. aliud.
§. refert. de reg. iu. Aut loq̄mur in pœna ciuili applicāda parti,
& tunc aut eſt merè pœna ex vtraq; parte, & vno ſoluente nō
liberantur alij, vt l. inter nuda. §. ſi plures, ad l. Aquil. Aut eſt in
c tereſſe[b] ex parte agentis licet pœna ex parte conuenti, & tunc
diſtingue aut cōicato conſilio, vel non, ſcd'm Bal. tene menti.

ADDITIONES.

a ¶ Carceribus. Adde Lud. Rom. ſing. ſuis.
b ¶ Fieri faciens. Vide hic per do. Iaſ. cui adde Bal. in l. non ideo. C. de accuſ. vbi po
nit, an ſtante ſtatuto ꝙ videre ludere ad taxillos puniatur certa pœna, an mandās
puniatur. & quid ſi ſtatutum prohibet aliquem extrahi de domo & iudex man-
dat quem extrahi contra formam ſtatuti, an baruarij poterunt accuſari? vide ꝙ
no. in c. ꝙ quis mandato. de reg. iur. & hic per Doct. ꝙ ſtatutum non comprehen
dit fieri facientem. limita vt per Lud. Rom. conſi. 110. vbi ponit an ſtante ſtatu. ꝙ
vtens falſo inſtrumento, an puniatur vtens per procuratorem ſuum.
¶ Aut eſt intereſſe. Breuiter nota ꝙ in delicto communi ſinguli inſolidum ad
pœnam adeo obligantur vt vnius ſolutio alterum non liberet. l. item Mella §. ſed
ſi ſeruum. ff. ad legem Aqui. intereſſe autem vnius ſolutione ceſſat, perinde ac ſi
quodlibet aliud debitum. l. ij ff. de duob. reb.

LEX IX.

1 *Quando vnum, vel plura facta vnius familiæ puniantur.*
2 *Plures ſerui vnius ſi facerent alteri iniuriam vel darent damnum in re ſua, tot ſunt iniuriæ & damna, quot facta & quot ſunt perſonæ: & quòd dominus liberetur ſolutione vnius pœnæ.*
3 *Duo caſus in quib. maleficiū cōmiſſum ꝑ plures reputatur, vt ī furto vnius rei, & mandato facto à familia ſeruorum vnius alteri ꝙ delinquat.*
4 *Quando plures ſimul delinquunt & eodem tp̄e, occidendo vel percutiendo aliquem, tunc delictum reputatur vnum vt omnia poſſint deduci in vna accuſatione: ſed quantum ad pœnas imponendas reputantur plura.*

1 SI familia alicuius. ¶ † Plura facta v-
nius familiæ ſer-
uorum puniunt̄ vt plura, cum de publica vīdicta
tractatur. ſed vnum factum ſp̄ punitur vt vnū, ēt
cum de publica vindicta tractatur. h. d. Bar. diuide, quia primo
determinat ꝙ ſi familia tua ſeruorum corrumpat edictum p̄-
toris, tenearis pro quolibet ſoluere integram pœnā ſi vis non
teneri ad dandū oēs ꝓ noxa, q̄a in hoc caſu nō repitur edictū
p̄toris ſicut repitur ī furto facto à familia, ꝙ ſi dn̄s ſoluerit vni
cā pœnā, & ſic q̄tum ſi vnus feciſſet, non teneat̄ in plus, vt ꝟ. ſi
fa. fur. ſe dicat̄ ꝑ totum. ſeruabim⁹ ergo iuris rigorē eo caſu vt
tenearis pro quolibet integrā pęnā ſoluere, alias tenearis oēs
dare pro noxa vſq; ibi fortaſſe, & ibi ponit duas rōnes, quare
p̄tor non facit edictū vt in furto, vt ſufficeret vnā pœnā ſolue-
re. prima q̄a hic plus delinq̄tur cū hoc fiat in cōtēptū maieſta
tis p̄toris, & ſic reipublicæ. & iō acrius vindicat̄ q̄ furtū q̄d cō-
mittit̄ in priuatum. ſcd'a q̄a in furto licet ſint plures furantes,
vnū tn̄ eſt furtū ſi vnā rē tn̄ furātur. q̄a ſit denominatio ab ip
ſa re ſubtracta. ſed qn̄ corrūpūt edictu p̄toris q̄libet apponen-
do manū ſicut ſunt plura facta, ita & plura delicta, q̄a act⁹ cu
2 iuslibet de ꝑ ſe ɔſiderat̄. † Et iō q̄libet de ꝑ ſe dēt puniri vſq; ibi
quēadmodū. ibi adducit ſimilis caſus ī facto. vn̄ īnuit ad hanc
vltimā rōnē ꝙ qn̄ plures ſerui vni⁹ facerēt alteri iniuriā, vł da
ret dānū ī re ſua ꝙ tot ſunt īiurię & tot dāna quot facta. & ſic
quot ſūt ꝑſonæ, ut l. ſi plures. ꝟ. de iniuriis. hoc uſq; ibi Octoue
n⁹. nō tn̄ itelligas ꝙ iſte caſus ſit ſilis ī iure. q̄a imò dn̄s ēt hoc
caſu liberat ſoluendo unā pœnā licet ſint plura facta & plura
maleficia, cēſent̄. n. unū. rō q̄a nō ɔmittūt ī ɔtēptū reipub. duo
ergo req̄rūt̄ ad hoc ut puniant̄ ut plura, ꝙ ſint plura & ꝙ ſint
cōmiſſa ī cōtēptū reipub. Octouen⁹ uero Iuriſc. dicit ēt hoc ca
ſu ſuccurrēdū eē dn̄o ut teneat̄ unā tn̄ pœnā p̄ſtare, ſed iuriſ.
author legis dicit dictū Octoueni poſſe ꝓcedere qn̄ eēt unum
delictū familiæ, puta q̄a plures ſerui tui mādauerūt uni ꝙ cor
rūperet. nā tūc factū illi⁹ eſt unicū & iſtud mādatū factū cōica
to cōſilio & ab una familia eiuſdē hoīs simp̄ł̄r reputat̄ unū. si
aūt ipſi ꝓpriis manib. corrūperēt, ꝓcederet q̄d dictū eſt in prī.
l. ut ꝓ quolibet eorū teneat̄ dn̄s ſoluere integrā pœnā. hic eſt
3 clar⁹ caſus. ¶ † No. hic duos caſus in q̄b. maleficiū cōmiſſum ꝑ
plures reputat̄ vnū. primo in furto vni⁹ rei. q̄a denoīat̄ ab vna
re. Scd'o ī mādato facto à familia ſeruorū vni⁹ dn̄i alteri ꝙ de-
linquat. nō sic si eēt factū mādatū à plurib. liberis hoīb. q̄a tot
cēſent̄ delicta quot hoīes, vt l. si q̄s id q̄d. s̄. e. ī fi. & primū ꝓce-
dit ex æq̄tate, ne dn̄s sine culpa tn̄ grauet̄ ex facto ſuę familię.
4 † Adde ꝙ ēt pōt dici unū rōne uni⁹ tꝑis qn̄ plures ſił delīquūt
& eodē tꝑe occidēdo uł ꝑcutiēdo aliquē, qui licet ſint plures
delinq̄ntes, cū actus & ꝑcuſſio cuiuslibet ꝑ ſe cōſideret̄, tn̄ re-
putat̄ unū q̄tū ad hoc ut oīa poſſint deduci ī una accuſatiōe,
q̄d nō eēt si eſſent plura. & sic oēs ēt si eſſent mille poſſent in
una accuſatione accuſari, ut l. j. C. si reus uł accuſator mor. fue.
& plene ꝑ Bar. in l. hos accuſare. §. Velleia. ꝟ. de acc. et hoc mō
intelligit̄ gl. in l. j. in fi. mag. gl. C. un̄ ui. q̄ dicit ꝙ cēſet̄ unū ma-
leficiū ꝑꝑ vnicū tp̄s. & illa gl. ſp̄ allegat. q̄tū uero ad pœnas im
ponendas reputātur plura siue loquamur de pœna crīali, siue
ciuili, ut l. nūquam plura. de priua. delic. ubi uide q̄d no. ꝑ Bar.

LEX X.

1 *Non poteſt quis eſſe iudex in cauſa propria, filiorum, vxoris, nec alterius domeſticæ perſonæ.*
2 *Iudex ordinarius licet non poſſit recuſari vt ſuſpectus, tamen in caſibus de quibus in hac lege poterit, & tunc debebit cauſam alteri delegare qui non ſit ſuſpectus, & ſi recuſatus procedat, ꝙ non valet proceſſus.*
3 *Quid ſi pars non opponat & quid ſi perſonæ de quibus in hac lege non age rent, ſed conuenirentur.*

1 QVi iuriſdictioni. ¶†Non poteſt qs eẽ iudex in cã propria,
a nec liberorum ſuorum,vel vxoris, [a]vł alterius do
meſticæ perſonæ ſuæ.h.d. ¶In tex.ibi præeſt.dic &
ſic loqtur in iudice ordinario.delegatus.n. improprie dr̃ p̃eſſe.
2 ¶†In tex.ibi[dare dẽt]no.qa non dicit poteſt, ſed dicit ꝙ non
dẽt,qđ ego intelligo ſi hoc allegatur corã eo.poteſt.n.recuſa-
ri vt ſuſpectus in cauſis iſtorum licet regul'r iudex ordinarius
non poſſit recuſari vt ſuſpectus,vt l.nemo.& ibi no.C.e. in ca
ſib.tñ iſtis poterit & tũc debebit cãm alteri delegare q non ſit
ſuſpectus.ar.ĩ.e.l.p̃tor.in fi. & ſi procederet poſtq̃ eſſet recuſa-
tus,non valeret proceſſus,vt C. ſi quacunq; p̃.po.l.j. & qđ no.
3 Bar.in l.qa poterat.ad Treb. † ſi vero pars hoc non opponat,
vr̃ ꝙ valeat ꝓceſſus.et hoc mõ p̃t intelligi.l.ĩ priuatis.ĩ.de iud.
vbi hr̃ ꝙ filius poteſt hr̃e patrem in iudicem,licet gl.aliter ui-
deatur intelligere ꝙ ibi loquatur in delegato,hic ĩ ordinario.
Vel ꝙ ibi loquatur in ciuili,hic in crĩali.qđ dic vt plene no.gl.
in l.q etiã.ĩ.de arbi.ſed magis placet qđ ſ̃.dixi, & vide qđ no.ĩ
Spec.de off.deleg.§.ſupereſt.ver. itẽ ſi eſt maritus.& p̃dicta qñ
iſtæ perſonæ agerent.Si aũt conuenirentur imputet ſibi actor
quare coram tali iudice ipſas conuenit,qa cenſetur ipſum hr̃e
pro non ſuſpecto.& hoc modo poſſet intelligi illa l.ĩ priuatis.

ADDITIO.

a ¶Vel vxoris.Adde hic dicta d.Iaſ.cui in quantum dicit ꝙ quis põt eſſe arbitrator in cã propria.adde ꝙ voluit Lu.Ro.conſi.65. item in quantum dicit ꝙ ꝑ atrocitatem delicti quis põt eſſe iudex ĩ cã propria, adde quod voluit Anc.conſ.147 item in quantum dicit,ꝙ p̃latus põt eſſe iudex in cã eccleſiæ,adde Old.cõſ.156.

LEX XI.

1 *Diuerſæ ſummæ debitę ex diuerſis cauſis, & in eodem libello deductæ, non debeant ſimul cumulari ad finem impediendæ iuriſdictionis.*

2 *Plures actiones competentes ex diuerſis cauſis ad diuerſa quòd poſſunt per eundem eodem tpe cumulari contra eundem niſi obſtet aliqua ex regulis impedientib.cumulationem,vt regula ordinis,vel maioritatis.*

3 *In eodem libello non poſſum agere contra plures ex diuerſis cauſis ſicut poſſum plures diuerſas actiones intentare,et quãdo agi poſſit cõtra plures.*

4 *Plures ſummæ prouenientes ex diuerſis articulis tamen eadem actione an poſſint ſimul coaceruari ad impediendum iuriſdictionem.*

5 *Si debebas trecenta vt poſſem te conuenire coram magiſtratu municipali, volo à te petere xl.tantum hac intentione,vt ſi obtineam iterum petam alia xl.coram eodem an poſſim.*

6 *Coaceruatio temporum non ſit ſi ſtatutum dicat quòd qui ſtetit carceratus per annum pro pœna pecuniaria poſſit in feſto natiuitatis relaxari & offerri,& aliquis ſtetit per ſex menſes ex vna cauſa, & per alios ſex ex alia diuerſis temporib.*

7 *Coaceruatio ſummarum ſit ad inducendam fauorem.*

Statutum ſi dicat quod bannitus in centum poſſit impune offendi, non habet locum in eo qui fuit bannitus in vna cauſa in xl.& in alia in lx.

Quid ſi iſtæ duæ ſummæ ſint deductæ in vna condemnatione.

1 SI idem cum eodem. ¶ † Diuerſæ ſummę debi
tę ex diuerſis cauſis,& eodẽ libello deductæ nõ de
bent ſimul cumulari ad finem impediendę iuriſdi
2 ctionis.h.d.¶ † Per hãc l.dicunt Doct.ꝙ plures actiones com-
petentes ex diuerſis cauſis ad diuerſa pñt ꝑ eundem eodem tẽ
a pore cumulari[a] ꝯ eũdem vt no.Dy.in c.nullus plurib. de reg.
iur.& Bar.in l.edita.C.de eden.in primo genere cumulationis.
Quod tñ eſt verum niſi ſubſit aliqua de regulis impedientib.
cumulationem,puta rla ordinis vel maioritatis, vt ſi ſimul in
tentaretur petitorium & poſſeſſorium vel ciuilis & crĩalis,qđ
dic vt ibi ꝑ Bar.no.Dico etiã ꝙ hic eſt caſus ꝯ eum qui dicit ꝙ
iſta cumulatio non poteſt fieri in eodem libello ſed reqrũtur
plures niſi ſint actiones vniformes,puta plures actiões ex em
pto,vt l.non eſt nouum.de act.empt. vel plures actiones pro
ſocio,vt ĩ.pro ſo.l.cum duob.§.ſi plures , certe hic eſt caſus ꝙ
immo in eodẽ libello,alias non haberet dubiũ iſta l. & ita in-
telligit eã Bal.licet de eo qđ dixi non faciat mẽtionem. hoc ẽt
3 vr̃ velle gl.in c.q̃relam.in ij.gl.de elec.†Sed an in eodem libel-
lo poſſim agere ꝯ plures ſicut poſſum plures diuerſas actio-
nes intentare?dic ꝙ non ſi agitur ex diuerſis cauſis, imò cuili-
bet dãdus eſt libell' ꝑ ſe vt no.in l.ſupra iter.§.Caſſius.de aquæ
plu.arc.ꝑ Bar.ſecus ſi ex eadem cã vt ꝯ plures reos debendi,vt
in auth.hoc ita.C.de duob.reis.& no. Bar. in l.ead. & ibi no.ſ̃.
eo.tit.in mã duorum reorum.idem ſi ſe contingant vt princi-
palis & fideiuſſor,quia poſſunt conueniri eodem libello,licet
teneantur ex cauſis diuerſis,vt in Auth.de fide.§.neque.& no.
4 per Bar.in d.l.eadem . ¶†Sed quæro quid ſi conueniebam te
ad diuerſas ſummas prouenientes ex diuerſis articulis,tñ eadẽ
actione puta tutelæ in xl.ex adminiſtratione in aliis xl. ex alia
cã diuerſa ex adminiſtratione tamen eadem? Rñdeo debent ſi
mul coaceruari ad impediendã iuriſdictionem. ar.§.fi.ĩ.ead.l.
5 & hoc voluit ibi gl.q̃ incipit ſecus. ¶†Item q̃ro pone debebas
mihi treccẽta,vt poſſem te cõuenire corã defenſore ciuitatis vł
mr̃atu municipali:peto a te xl.tñ hac ĩtẽtione, vt ſi obtineã,
iterũ petã alia xl.corã eodẽ:tu dicis hoc non poſſe me facere,
qa iſta ſumma deſcẽdit ex ſumma maiore de qua defenſor ñ
põt cognoſcere. certe vr̃ cõtrariũ ꝙ hoc nõ habeat obſtare ꝑ
l.cũ quidã.in fi.ĩ.e.vbi vr̃ caſus.ſed ſi ad excludẽdũ me funda-
res te in alia cã ꝙ non debes aſtringi per diuerſa iudicia & ꝙ
debeã totã ſummã cumulare an debeas audiri?vr̃ diſtinguen-
dũ prout diſtinguit hic Bald.ꝙ aut nõ peto xl.tanq̃ de maiori
ſumma debita ſed ſimpl'r:& tunc non debeas audiri. aut dico
tanq̃ debita de maiori ſumma,& tunc ſecus, & ita ĩtelligitur
quod no.Gui.de Cu.ĩ.cõmo.l.in cõmodato.§.duob. vbi [illegible]
de hoc articulo.& Bar.in l.quidã exiſtimauerunt.ſi cer.pe.[illegible]
6 re debemus.de ver.obl.¶†Itẽ ſcias,ꝙ ſicut hic non fit coacer
uatio ſummarũ,ita & alibi non fit coaceruatio temporum,
b vnde ſi ſtatutum dicat ꝙ ille qui ſtetit in carcerib.[b] per annũ
pro pęna pecuniaria poſſit ĩ feſto natiuitatis relaxari & offer
ri in eccleſia,& aliquis ſtetit primo per ſex menſes ex vna cã,
poſtea per alios ſex ex alia & ſic diuerſis temporibus , ille nõ
includitur in ſtatuto quia non dr̃ ſtetiſſe per annũ, ex quo nõ
ſtetit per ipſum continuũ,vt no.tex.in l.fi.§.quoties.ĩ.de publ.
& Spe.de ſta.mo.§.j.ver.38.de illo qui ſtetit in monaſterio di-
uerſis ſex menſib.ad probandũ quia non dr̃ ſtetiſſe per annũ
8 probationis ex quo non per annũ continuũ.¶Ang.¶†Op.ꝙ
fiat coaceruatio de.l.ſi plures.§.pen.ĩ.de pac.gl.nõ ſoluit.Doc.
dicunt ꝙ ad inducendũ fauore bene fit vt ibi.ſed ad inducen
dũ odiũ,non vt hic.& ex hoc ſequitur q̃ſtio,ſi ſtatutũ dicat ꝙ
bannitus in cẽtũ vel vltra poſſit impune offendi:& aliquis ſit
bãnitus ex vna cã in xl.& ex altera in aliis.xl.non dicitur ban-
c nitus in centum ad inducendum licitam de eo offenſionẽ . [c]
de hoc ꝑ Bar.ĩ.de ſolutionib.l.vbi fideiuſſor. ſed quid ſi iudex
dicit,condemno talem in centum videlicet in xl.pro tali ma-
leficio,& in alijs lx. pro tali, an dicetur condemnatus in cen-
tum.Bar.ibi dicit ꝙ non.quia paria ſunt a prin.fuiſſe condem
natum in ſingulis xl.& fuiſſe condemnatum in centum facta
poſtea diſtributione de ſingulis xl.ꝑ l. Lucius. §. qui habebat.
ad Treb.Ange. dicit hoc verum qñ cauſæ & maleficia eſſent
diuerſa & diuerſis temporib.facta,ſecus ſi eodem tempore.&
ſic haberetur pro vno prout no.glo.in l.j.C.vnde vi puta plu-
res percuſſiones eodem tempore ab eodem factæ vel inſultus
& percuſſio,& pro hoc quod ſ̃.dixi de diuerſis ſummis.

ADDITIONES.

a ¶Cumulari.De cumulatione actionum vide quod ampliſsime ſcripſit do.Ale.in in l.edita.C.de eden.

b ¶In carceribus. Adde quod uoluit Spec.in ti.de ſtatu.mona.§.j.uerſic. 38.Bar. in l.ii.de cond.inſti.

c ¶Offenſionem.An in caſu dicti ſtatuti debeat fieri coaceruatio,uide per Iaſ.hic, ei adde Cępol.conſi.14.

1 *Reus an poſſit actorem reconuenire coram diuerſo iudice, quã ipſius actoris coram quo lis fuit inchoata.*

2 *Si conuenio te coram magiſtratu ad quantitatem certam iure actionis, ꝙ poſſis me reconuenire officio iudicis nobili petendo declarari aliquã ſententiam eſſe nullam me inuito, & nu.3.*

3 *Licet cauſa nullitatis videatur de imperio,tamen cõpetit cuilibet magiſtratui vt poſsit adiri ſuper hoc ꝙ declaret ſuam ſententiam nullam.*

§.Quod ſi mutuæ. ¶† Reus non poteſt acto-
rẽ recõuenire inuitum co
ram diuerſo iudice durante lite inchoata per ipſum actorẽ ,
ſed debet eum recõuenire coram eodem,qui erat iudex ꝯpe-
tens in cauſa reconuentionis,licet alias per viã conuentionis
non eſſet.h.d.ſm primam & ſecundã lectu.glo.ſm vlt.dicit ꝙ
reus poteſt actorẽ recõuenire corã eodẽ ẽt inuitum , nec au-
ditur actor petẽs reconuentionem fieri coram alio iudice cũ
iſte non ſit iudex cõpetens in illa cauſa.quia immo eſt, licet ꝑ
modum conuentionis non eſſet.& iſta lec. probatur in l. fi.&
in auth.& ꝯñr.C.de ſen.quid ergo addit iſta lex fin. & auth.&
ꝯñr.ad iura vetera,poſtq̃ hoc erat iſto iure ?dicit Bart. & bene
ꝙ iure digeſto.ſi conueniebam te coram illo magiſtratu qui
erat cõpetens tam tibi q̃ mihi,puta coram poteſtate eiuſdem
terræ & cõis,tunc poteras me reconuenire coram ipſo etiam
inuitum & etiã in cauſa illa de qua cognoſcere non poterat,
nõ ex defectu iuriſ.reſpectu partium quia ambo eramus ſub-
diti,ſeh quia iuriſd.erat limitata ad certã quantitatẽ vel cãm,
& ita loquitur hic.ſed ſi primus iudex erat tibi cõpetens non
mihi,puta Paduanus cõuenit Vicẽtinũ corã poteſtate Vicẽti-
no,tũc Vicẽtinus iure iſto non poterat Paduanũ recõuenire
corã eodẽ poteſtate,qa actor ſeqtur forũ rei,vt C.e.l.iuris or-
dine.& in cauſa recõuentionis Vicentinus eſt actor,vnde de-
bebat venire corã poteſtate Padue hodie ꝑ illam l.fi.põt etiã
corã Vicẽtino per rationẽ ibi poſitam ꝙ poſtq̃ Paduanus ele
git illum pro ſe,non debet dedignari contra ſe.& ꝑ illã Auth.
additur poſtea ꝙ lite eadem pendente non poſſit reconueni-
2 re coram alijs.¶†Sed pone cõuenio te coram magiſtratu ad
q̃titatem certã iure actionis,tu reconuenis me officio iudicis
nobili puta petendo declarari aliquam ſñiam eſſe nullam an
potes me inuito?videretur ꝙ non,qa pr̃a cauſa vr̃ de natura
ſimplicis iuriſdõnis,ſecũda vr̃ de impio mixto qa expedit iu-

dicis officio nobili. Contrarium dic ſm̃ Bal. licet non loquat̃
3 ꝑ hũc modum ꝑ l.j.§.fi.de uar.& extraor.cog. vbi vr̃ caſus.†Et adde ꝙ licet cã iſta nullitatis videat̃ de impio, tñ ꝯperit cuilibet magiſtratui, vt poſſit adiri ſuꝑ hoc ꝙ declaret ſuam ſñiam nullã. Ita no. eleganter Bal. C. qũo & qñ iudex. l. ſi vt ꝓponis. in fi. ſed ſuꝑ nullitate alterius ſententiæ quam ſuæ vr̃ ſecus niſi in cauſa reconuentionis, vt dictum eſt.

1 *In iudiciis diuiſoriis non inſpiciuntur ſingulæ partes, ſed ipſum totum, de quo diuidendo agitur.*
2 *Inſpicitur quod euenire poteſt quando ſtatus de præſenti ad illud tendebat.*
3 *Clauſula in fine poſita in dubio refertur ad proxime præcedentia, non ad remota, & quando nec ad proxime præcedentia referatur.*
Quid ſi eſt poſita in principio vel in medio.
4 *Dicta in vno capitulo an cenſeantur in alio repetita.*

1 §. Si vna actio. ¶ † In iudiciis diuiſoriis non inſpiciuntur ſingulę partes q̃tum ad ꝯcedendum iuriſdõnẽ, ſed potius inſpicit̃ ipſum totũ, de q̃ diuidẽdo agit̃ ẽt ad fi. ĩpediendi iuriſdõnẽ. h.d. Fit ergo hic coacernatio: qñ agit̃ de vno & eodẽ toto licet cõi inter pr̃es: & inſpicit̃ qđ euenire põt, qa iudex poteſt totum vni eorum adiudicare.
2 ¶†No. hic ꝙ inſpicit̃ qđ euenire poteſt. qđ eſt verũ qñ ſtat⁹ de pñti ad illud tẽdebat vt erat hic, qa erat ĩchoatũ iudiciũ diuiſorium. de cui⁹ natura eſt ꝙ iudex põt totã rẽ vni adiudicare & ipm̃ ꝯdẽnare in q̃titate dãda ſocio. facit l. adeo. §. illud. de acq. re. do. ſed qñ prim⁹ ſtatus ad illũ non tẽdebat, non dẽt illud ĩſpici licet euenire poſſet, vt l. inter ſtipulãtẽ. §. ſacrã. de ver. ob.
3 & ibi Bar. de hoc brocardo facit l.j.ff. de in litẽ iur. ¶†Itẽ ſꝑ allegat̃ iſte tex. ĩ fi. cum gl. ꝙ cła in fi. poſita in dubio refert̃ ad ꝓxime p̃cedentia non ad remota. tu declara hoc ꝑ ea q̃ no. Bar. in l. fi. ff. de reb. dub. qñ aũt non ponit̃ in orõne de ꝑ ſe, ſed adiicit̃ ꝑ modum qualitatis vel limitationis, qualitas illa vł limitatio non refert̃ ad ꝓxime p̃cedẽtia. & verum eſt illud qđ dixi ꝑ l. filiumfa. cum ibi no. ff. qñ dies leg. ce. Aut ponit̃ ĩ orõne de ꝑ ſe, & tũc aut non põt referri ad oĩa p̃cedẽtia, qa ſunt ĩter ſe ꝯria, vt erãt hic opiniones iſtorũ: & tũc idẽ. & ita intelł'r iſta gl. Aut poterat ad oĩa referri ſalua rõe recti ſermonis. & tunc refertur ad oĩa, vt ff. d. l. fi. ſicut ẽt poſita ĩ principio vel in medio añ capitula vel ſ. capł'a, vt l. 4. §. j. de libe. & poſth. qa non eſt rõ quare magis ad vnum q̃ ad alium, vt C. de lib. p̃te. l. j. ſed ſi eẽt dare rationẽ quare magis refert̃ ad aliud tñ, ſec⁹, ar. eiuſdẽ l. a ꝯrio
4 ſenſu. † An aũt dicta in vno capło cenſeant̃ ĩ alio repetita? iſte eſt articul⁹ diuerſus: qa loq̃t̃ qñ ſum⁹ certi ꝙ ſunt dicta in vno tñ capło legis. at ĩ p̃cedẽti qñ ſum⁹ incerti. & iõ in hoc non eſt tractãdũ de relatione, ſed de repetitione. & de hoc vide ꝑ Bar. in l. p̃tor. §. ſi dicat̃. vi bon. rapt. qñ ſũt dicta ĩ vno c. vel l. an ĩtelligant̃ repetita ĩ alio vł ĩ alia l. ĩ aliis aũt diſpoſitionib. Bar. tractat ĩ diuerſis locis, ad q̃ ipſe plene remittit in l. licet Imꝑator. de libe. leg.ᵇ & ibi repies oĩa loca in q̃b. tractat de hac materia.

L E X X I I.

1 *Magiſtratus municipalis non poteſt imponere pœnam mortis, uel aliam magnam, ſed modicam.*
2 *Magiſtratus municipalis poteſt criminoſum capere & ad præſidem remittere, non autem cognoſcere de crimine.*
3 *Confeſſio facta coram tali magiſtratu quòd non faciat fidem coram præſide: ſed præſes poſſit illum compellere ad iterum confitendum ne ille poſſit à prima confeſſione recedere.*
4 *Clericus vel hæreticus condemnatus ſi remiſſus eſt ad iudicem ſecularem vt imponeret pœnam perſonalem, licet non debeat ſimpliciter ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici, ſufficit tamen ꝙ reperiat eum criminoſum.*
5 *Modica caſtigatio quando etiam competat delegato & in quibus conſtat: & an ſit idem quod modica coertio.*

1 Magiſtratibus. ¶†Magiſtratus municipalis non poteſt ĩponere pœnã mortis, vł aliã magnã pœnã ẽt ꝓ delictis puniẽdis, & ſic ad publicã vtilitatem, ſed modicã pœna, q̃ potius dr̃ caſtigatio, bene poteſt ĩponere. h.d. ¶In tex. ibi [municipalib.] i. caſtrorum. idem ĩ defenſorib. ciuitatum q̃ non habebant impium & ſic de cã ſanguinis non poterant ſe impedire, vt l. 3. C. de defen. ciui. ¶In text. ibi [ſupplicium] i. pœna mortis vel totius corporis vel partis eius, puta amputationem mẽbri, vt no. ſ. e. l. Impium. vbi gl. ſuꝑ ver. animaduertendum. & C. de of. eius q̃ vi. al. ge. l. ij. & ꝑ Bar. in l. j. ſ. ti. ii. idem ĩtelligas de quacunq; pœna capitali. qa eſt de tertio gradu impij.
2 iuxta no. in d. l. Impium. ꝑ Bar. ¶†In tex. ibi [non licet:] bene tñ poteſt magiſtrat⁹ municipalis criminoſum cape & ad p̃ſidem remittere, vt in Auth. de defen. ciui. §. audiãt. & ff. de iniu. & irrito teſ. l. ſi q̃s filio. §. ei⁹. verſ. ſed ſi nec tñ. & non dẽt aliquã cãæ cognitionẽ adhibere de crĩe, puta ponere illum ad torturam, ſed ſimpł'r captum remittere tanq̃ nudus executor, vt no. Bar.
3 in l. fi. §. j. de publ. † & ſi ꝯrium facit, ꝯfeſſio. facta corã eo nõ fa-
a cit fidẽ corã p̃ſide tanq̃ facta corã non ꝯpetentiᵃ iudice, vt c. at ſi clerici. de iudi. & in l. diu⁹. in fi. de cuſto. reo. vbi caſus & ibi ꝑ Bart. qđ intellige q̃tum ad hoc vt ex illa confeſſione dẽat illũ cõdẽnare: ſed bñ põt ipm̃ compellere ad iterũ cõfitẽdũ, qa nõ põt à prima confeſſione recedere licet facta corã iudice ĩcõpetẽti. vt elegãter no. Inn ĩ d. c. at ſi clerici. & in c. cum ſuꝑ. de cõ-
4 feſ. ¶†Quid aũt ſi erat iudex competẽs ĩ cognoſcẽdo puta ep̃s de ſuo clerico vł inq̃ſitor hr̃ticæ prauitatis de hr̃tico non tñ ĩponendo pœnã ꝑſonalẽ, quã eccleſiaſticus iudex ĩponere nõ p̃t: condẽnauit ergo et declarauit ipm̃ criminoſum, deinde remiſit eum ad iudicẽ ſecularẽ vt ĩponeret pœnã ꝑſonalẽ. an ſecularis dẽat ſtare ſimpł'r ꝓceſſui illius? an añ debeat de nouo cognoſcere, et ał'r non teneat̃ pœnã ĩponere? Gui. de cu. tenet hic hãc p̃tẽ ꝑ tex. notabilẽ in Auth. vt nulli iud. §. ſi verò q̃dã. et idẽ Bar. in d. l. diuus. allegãs Gul. hic. ſed Bal. in auth. clericis. in fi. C. de epi. et cl. vr̃ tenere oppoſitum. qa tunc ep̃s tanq̃ maior remittit ad ſecularẽ tanq̃ minorẽ, et ſic erit, potius executor q̃ iudex. Sed dubito ꝙ ꝑ errorẽ ita fuit locut⁹. qa dicit Gul. hoc velle hic. et tñ Gul. vult ꝯrium. et ẽt Bar. quẽ ipſe Bal. non allegat. Non tñ dico ꝙ iudex ſecularis dẽat ipm̃ iterum condẽnare, ſed ſufficit ꝙ reꝑiat criminoſũ, et ita dẽt exq̃rere, & ñ te-
b net̃ ſtare relationi remittẽtis q̃ poſſet fieri malo zelo. ᵇ vt d. l.
5 diu⁹. ¶†In tex. ibi [modica ãt caſtigatio] gl. vult ꝙ iſta modica caſtigatio idẽ ſit ꝙ modica coertio. de qua loq̃t̃ l. fi. §. j. ſ. tit. ii. Bar. vult hic oppoſitũ, qa illa modica coertio, de qua ibi, ꝯſiſtit ĩ verbis tñ vt dixi ĩ l. j. e. t. ẽt eſt de impio mixto: qa exercet̃ ad priuatã vtilitatẽ. Iſta verò modica caſtigatio p̃t ꝯſiſtere ẽt ĩ corporali pęna, vt ſi facit eũ fuſtigari vł poni ad torturã loco pœnę ꝓ modico đlicto, et ẽ de impio mero qa fit ad publicã vtilitatẽ ꝓ punitiõe criminũ. tñ ẽ đ ĩfimo gradu ĩpij. ſ. q̃nto, vt no. Bar. ĩ d. l. ĩpiũ. iõ cõpetit mr̃atib. et ꝑꝑ hoc videret̃ ꝙ poſſit delegari. Sed ꝯ delegat⁹ nõ p̃t corp⁹ tãgere, vt ĩ Auth. de defenſo. ciui. §. ſi vero ĩ ꝗoti. ſol. verũ ẽ ad priuatã vtilitatẽ vt ſi eẽt đlegata cã pri. iurıd. et ſi ipe vellet torq̃re teſtes, vł facere quẽ capi ꝑſonał'r, vt dixi ĩ l. ii. ſ. e. ſed ad publicã vtilitatẽ ſi eẽt ſibi đlegata p̃ricipał'r iſta cã crĩalis, poſſet ĩponere pęnã. tñ, qa nõ hẽt familiã req̃reret ordinariũ iudicẽ: et ſemel Bononiæ ꝑ dñm legatũ fuit mihi cõmiſſa q̃dã cã crĩalis modicæ caſtigationis, et qa non poterã reperire veritatẽ propoſuerã requirere p̃tãtem ꝙ poneret partem ad torturam, ſed poſtea nõ placuit legato.

A D D I T I O N E S.

a ¶Competenti. An confeſſio facta corã iudice incõpetenti probet corã cõpetẽti. vide hic per d. Iaſ. & per Ang. conſi. 27. & in quantũ concludit d. Iaſ. ꝙ talis confeſſio poſſit facere indicium ad torturã, Adde Lu. Roma. cõſ. 7. & ſeq. vbi dicit ꝙ cõfeſſio extraiudicialis abſente parte facit indiciũ ad torturã. & idẽ ſi fiat coram iudice tanq̃ priuata ꝑſona. & in quãtũ dicit ꝙ cõfeſſio facta corã iudice penitus ĩcõpetẽti nõ facit ĩdiciũ ad torturã: & ꝙ ſic põt ſaluari d. Inn. vt hic ꝑ eũ Adde ꝙ Cal. cõſ. pe. de cõfeſ. tenet ꝙ confeſſio clerici corã laico iudice facta, hẽt vim confeſ. extraiudicialis. & ibi ſeq̃tur d. In. pro Doc. tñ Iaſ. facit qđ voluit Abb. cõſ. 25. vbi tenuit ꝙ confeſſio clerici facta coram vicario ep̃i ſibi p̃iudicat, licet ille clericus eſſet ſuppoſitus iuriſdictioni archipresbyt. quia non erat omnino incompetens, & ſic ſentit ꝙ ſi fuiſſet omnino non valuiſſet.

b ¶Malo zelo. Do. Iaſ. dicit tenendum contrarium per c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. de hæreticis. in vj. & per multa iura quæ ipſe alleg.

L E X X I I I.

1 *Cum dicatur magiſtratus, de quo iudice intelligatur.*
2 *Non poteſt dici Poteſtas alicuius terræ, niſi quando habet merum imperium, tamen hodie iſto uocabulo abutimur.*
3 *Poteſtas vnius ciuitatis nõ põt cõmittere vnã cauſam cognoſcẽdã vel terminãdã poſtquã ipſe exiuerit officiũ, & talis cõmiſſio eſt ipſo iure nulla.*
Si ſimpliciter committat cam cognoſcendam intra ſex menſes vel annum, ꝙ valet, licèt non habeat tantum ſtare in officio.
4 *Delegatio vt valeat quatuor ſunt neceſſaria.*

1 Cum qui. †No. ex pri. hui⁹ l. cũ gl. ꝙ cũ dr̃ magr̃atus, non ĩtelł'r nisi iudex ordinarius. delegatus ergo non dr̃ magiſtrat⁹ nisi forte ad vniuerſitatẽ cãrũ ſit delegat⁹: q̃ p̃t ſubdelegar̃ vnã cãm. ergo oportet dicere ꝙ ſit magiſtrat⁹, ał's non poſſet, vt in pri. huius leg. tene menti ad ſtatuta, si loq̃rent̃ de magiſtratib.
2 ¶†Itẽ no. in ver. primo, argm̃ ꝙ non poteſt dici p̃tãs alicuius terræ nisi qñ hẽt ĩpiũ merũ, qa hoc verbũ p̃tãtis verificatur ĩ hñtib. ĩpiũ tñ, vt patet ĩ exẽplis hic poſitis. et eſt caſus ĩ l. p̃tãtis verbũ. ff. de ver. sig. poti⁹ ergo dicunt̃ vicarij vł alio noĩe. tñ vocabulo iſto hodie abutimur, qa q̃libet magr̃atus sic appellat̃.
3 ¶†Ex vltimo dicto nota, ꝙ p̃tãs vni⁹ ciuitatis non p̃t committere vnã cãm hoc mõ, ꝙ cognoſcat̃ vł terminet̃ poſtq̃ ipſe exiuerit offm̃. et talis ꝯmiſſio eẽt ipſo iure nulla, qa collata ĩ tp̃s ĩhabile. ſed si ꝯmitteret simpł'r cãm cognoſcẽdã ĩtra ſex mẽſes vł annũ, licet ñ hẽat tñ ſtare ĩ offõ valet. qa p̃t eã terminare ipſo ſtãte ĩ. offõ, et si poſtea ĩcipet vti iuriſdictione añ diẽ officij finitũ durat ꝯmiſſio ĩ tp̃s ſucceſſoris, et iſte eſt cas⁹, ĩ l. vẽditor.
4 §. fi. de iudi. ſec⁹ si non ĩcepiſſet vti, vt ſ. e. l. et qa. ver. fi. ¶†In gl. ibi et no. duo eẽ neceſſaria vt valeat đlegatio. tu dic ꝙ quatuor ſ. iſta duo de q̃b. ĩ gl. et ẽt ꝙ cã sit delegabilis. ſ. tit. ii. l. j. in prĩ. et ꝙ delegat⁹ sit capax illi⁹ iuriſdictionis, nã Ep̃s ñ poſſet delegare cãm mere ſp̃ualẽ laico, vt ĩ c. lator. q̃ filij sint legi. nec ſeculari vł ei q̃ caret ĩtelł'u, vł ał'r ẽ ĩhabilis, qđ dic. vt ff. đ iud. l. cũ p̃tor §. j. ver. ñ ãt oẽs. Ang. qđ aũt ſubiicit̃ ĩ gl. et tria ſubaudi ꝯputatis illis duob. ꝓut ĩ ſiñ no. ĩ l. manumiſſiones. ĩ fi. ſ. de iuſt. et iu.

LEX

1 *Maior, vel æqualis poteſt ſe ſubijcere iuriſdõni ordinariæ alterius iudicis.*
2 *Qualiter vnus iudex etiam maior, dicatur ſe ſubmittere iuriſdictioni ordi*
nariæ alterius.
Si ex duobus dominis vnius caſtri pro indiuiſo hñtibus iuriſdictionem, & impiũ alter eorũ deliquit uel cõtrahit an ſubijciat iuriſdictioni alterius.
3 *Par in parem ꝙ non habeat imperium in eodem territorio.*
4 *Imperator & Papa de ordinaria poteſtate non poſſunt eſſe iudices in cau*
ſa propria & qualiter ſe ſubijciant.
5 *Statutum, ꝙ quilibet de collegio aduocatorum poſſit interponere authori-*
tatem in emancipationibus liberorum, & aliquis aduocatus emancipa
uit filium coram alio aduocato, an emancipatio ualeat.
6 *Reconuentio põt fieri corã iudice qui procedit ex iuriſdictione prorogata.*
Iuriſdictio etiam delegata, ꝙ prorogetur de re ad rem, & de tpe ad tẽpus.

1 EST receptum. ¶ †Etiã maior, vel æqua-
lis p̃t ſe ſubijcere iuriſdõ-
2 ni ordinariæ alterius iudicis.h.d. ¶ † In tex. ibi [ſe
ſubijciat.] ſed qualr̃ fit iſta ſubiectio? Rñdeo põt
fieri ſponte in pñtia illius iudicis, q ſe ſubmittit, & etiã acce
ptantis, & tunc ſtatim ille acquiret iuriſdictionẽ ẽt anteq̃ ĩ cã
quoquo modo ſit proceſſum. ita põt intelligi.l.j.ff.de iu. & c.j.
ex eo.ti.de iu. & ita intelligit hic Cy. & Gul. & Bal. & Ange. ff.
eo.l.ſi conuenerit. Põt ẽt fieri tacite permittendo ſe conueniri
corã illo, & non opponendo exceptionem incompetentiæ, vt
l.ſed & ſi ſuſceperit.ff.de iu.in prin. & tunc p quos actus redu-
catur hæc ſubiectio, dic vt ĩn d.l.ſi conuenerit. Põt ẽt alio mo
do fieri tacite ſi iudex vnius territorij delinquat, vel ꝯhat ĩ ter
ritorio alterius iudicis minoris vel paris, quia ratione delicti
vel ꝯctus ſortitur ibi forum, vt l.hæres abſens.§.j.ff.de iu. ¶ Sed
pone ſunt duo dñi vnius caſtri pro indiuiſo hñtes iuriſdictio-
nẽ, & Imperiũ alter eorũ deliquit vel ꝯhit, vtrum ſubijciatur
3 iuriſdictioni alterius, vt de ſeipſo ille ſic poſſit ius facere? † Gul
tenet hic ꝙ ſic. in ꝯrium facit, quia par in parem nõ habet im
perium in eodẽ territorio, vt l.nã quod.ff.ad Tre. & argñ opti
mum.ff.de procu.l.qui duos. vbi ſi ſunt dati duo procuratores
ad idem, alter contra alterũ non exercet offm̃: non ſic qñ hñt
territoria diuerſa, qa tũc quilibet maior eſt in ſuo territorio,
vt no.gl.notabilis, ĩ l.apud.de manumiſſio. & iſta pars videtur
a verior. Ang. ſequitur primã quaſi delinquẽdo[a] videatur renũ
4 ciaſſe maioritati, vel æqualitati. ¶ † In gl. ibi [ergo Imperator.]
iſtud nõ vr̃ verum quia Imperator & Papa pñt eſſe iudices: ẽt
in cauſa propria, vt l. & hoc Tiberius.ff.de hær.inſti. & l.proxi
de his quæ in teſta.delen. ergo non pñt ſe ſubijcere iuriſdõni.
alterius, vt ſtatim dicam in iſta ea.gl. Sol. verum eſt ꝙ poſſunt
eſſe iudices in cauſa propria de abſoluta poteſtate, non tñ de
b ordinaria de qua ſecus: ſm An. & qualiter ſe ſubijciat[b] Impe
rator vel Papa, dic eligendo arbitros vel conſtituendo iudicẽ
in cauſa ſua. iuxta plene no. per Inn. in c.ex parte. de ver.ſigni.
facit quod no.gl.in l.j.C.de ſen.quæ ſine cer.quanti. ¶ In gl. ibi
l.apud §.apud hoc. ĩtellige verum eo caſu quo quis poteſt exer
cere voluntariam iuriſdictionem in cauſa ſua, quod eſt regu-
lare, vt ĩ.l.ſi conſul.ff.de adop. alias poteſt ẽt coram collega, vt l.
j.in fi.ff.de off.procõſul. Ratio primi eſt, quia qñ quis poteſt p
ſemetipſum in cã ſua iudex eſſe, ſi poſſet ſe ſubijcere alteri nõ
ſolũ faceret præiudicium ſuæ pſonæ, ſed ẽt ſuæ iuriſdictioni,
ideo ſibi non permittitur. quæ ratio ceſſat qñ non põt. & iſto
modo reducuntur aliqui tex. ad concordiam, qui vñr in hoc
diſcordare cum d.l.apud.§.apud. ¶ Et per hoc dicit Bald. fuiſſe
determinatã quæſtionem Florẽtiæ, vbi ſtatutũ eſt ꝙ quilibet
de collegio aduocatorum poſſit ĩterponere authoritatem in
emancipationib. liberorum, & quidã aduocatus emancipauit
filium coram alio aduocato, quæ emancipatio nõ valuerat:
quia poterat emancipare corã ſeipſo, vt d.l.ſi conſul. & fuerũt
reſciſſi contractus facti cum illo tanq̃ facti cũ filiofa. ſine con
ſenſu patris, qui ſm formam illorum ſtatutorum non valẽt.
Certe in hoc vlt. puto male fuiſſe iudicatum. quia nõ erat im
putãdũ contrahẽtib. poſtq̃ ille ſe habebat vt paterfa. & ita pu
blice tenebatur licet per errorẽ iuris. ar.ff.ad ma.l.iij.in prin. &
5 C.eo.ti.l.Zenodorus. ¶ † Vlt. no. hic vnam gl. ſi. quæ vult ꝙ co-
ram iudice qui procedit ex iuriſdictione prorogata põt fieri
c reconuentio.[c] videbatur enim contrarium quaſi eſſet reſtrin
genda ſolum ad cauſam in qua erat prorogatio facta: ſed dic
quod iuriſdictio prorogata eſt ordinaria, ſi iudex ille erat or-
dinarius, & ideo recipit extenſionem. & ſi erat delegatus, cen-
ſetur delegata, & iuriſdictio etiam delegata prorogatur de re
ad rem, & de tempore ad tempus, vt in c.cum olim. de officio
delega. & ff.de iudi.l.ij.§.j.

ADDITIONES.

a ¶ Quaſi delinquendo. Idem tenent do. de Ro deciſ. 354. dicit tamen Fel. in c.pru-
dentiam. de off. deleg. quòd communis eſt in contrarium, & ibi allegat quędam.
ibi uide an ſtringant.
b ¶ Subijciat. An Papa, & Imper. debere. Lud. Ro. conſ. 55. tenuit quòd ſic tamen in
ſingularib. ſuis ſe correxit.
c ¶ Reconuentio. Ro. ſingularibus ſuis dicit hanc gl. ſingularem.

LEX XV.

1 *Error litigantium impedit prorogationem fieri.*
2 *Prorogatio iuriſdictionis, quando fiat etiam ſi expreſſe non appareat de cõ*
ſenſu actoris & rei.
3 *Iudex habens aliquam iuriſdictionem licet non inter partes, quæ coram eo*
litigant, ſi pronuntiauerit ſe iudicem competentem, illa pronunciatio trã
ſit in rem iudicatam, ſi non appellatur.
4 *In prorogatione iuriſdictionis, quòd non requiratur conſenſus iudicis.*
5 *Cautela pro aduocato vel procuratore rei conuenti coram iudice incompe*
tenti, vt irritet poſtea proceſſum coram eo factum, & nu. 2.
6 *Iuriſdictio prorogatur interdum citra conteſtationem in cauſa.*

1 SI per eodem. ¶ † Error litigãtium impe
dit prorogationem fieri:
qa impedit conſenſum ſine quo prorogatio non
2 fit.h.d. ¶ † Et no. qa iſta lex procedit qñ iudex erat
funditus incompetens nullã hñs iuriſdictionẽ, quo caſu etiã ſi
ſit proceſſum vſq; ad ſñiam incluſiuè, proceſſus non valet; tã
q̃ factus ab incõpe. iudi. vt C.ſi à nõ compe. iudic. p totum. Sed
ſi non hẽbat iuriſdictionẽ mero iure, poterat tñ ex priuilegio
declinari, vel licet haberet iuriſdictionẽ nõ tñ exercitiũ habe-
bat, vt in duob. iudicib. delegatis ſine clã ꝙ ſi non oẽs, q̃tum q
libet hẽt iuriſdictionẽ, ſed nõ exercitium alter ſine altero, tũc
ẽt ſi p errorem corã altero pcedãt partes vſq; ad conteſtatio
nẽ incluſiuè, valebit pceſſus, qa cenſeť renunciatũ priuilegio
declinandi, in primo caſu ĩputet. n. ſibi quare non pquiſiuit, &
in ſcđo caſu cenſeť datum exercitiũ ei, q hẽbat iuriſdictionẽ,
hoc voluit Inn. notabiliter in c.prudentiã.de offi.deleg. qđ eſt
d notãdum ſm[d] Bal. & Ang. † Igiť pcedit hæc lex niſi iudex co-
3 rã quo litigať pnunciauerit ſe iudicem competentẽ inter par
tes. & ſic talis iudex q aliquã iuriſdictionẽ habebat licet non
e inter partes, qa tunc illa pnunciatio[e] tranſit in rem iudicatã ſi
non appellať, ſibi iuriſdictionẽ acq̃rit quã prius non hẽbat in
ter illos, qa fundať in illa iuriſdictione quã habet, & quã ĩ ca-
ſu dubii poteſt exercere inter non ſubditos.l. ſi q̃s ex alieno.ff.
de iudi. & not. in l.ij.ff.ſi q̃s in ius vo. non ierit. Ita voluit Inn ĩ
c.ſup literis.de reſcrip. & Bar. expſſe in d.l.ii. ſi q̃s in ius vo. non
4 ierit. † Sed an req̃riť conſenſus iudicis in pꝛogatione videlicet,
ꝙ ſciat partes non eſſe ſibi ſubditas, & corã eo ſciẽter litigare,
dic ꝙ non, imò ẽt ſi credat ipſas ſubditas, & litigare ex neceſſi
tate, iuriſdictionẽ acq̃rit, vt ff.de iudi.l.ii.§.j. Quid aũt ſi habe-
bat ordinariã iuriſdictionẽ virtute cuiꝰ poterat pcedere, & p-
f ceſſit ex delegata[f] ex qua non poterat: tetigi ſ.tit.j.l. & ſi p̃tor.
& Bal. tãgit in l.falſus. C. de furtis. ¶ In gl. mag. q̃ro circa repro-
bationẽ primæ oppoſitionis quare non diſtinguiť hic ĩter er-
rorem iuris, & facti, ſicut diſtinguiť in l.non fatetur. de confeſ.
Rñde ſm Bal. qa hic agitur de conferendo ius de nouo, qđ iſte
iudex non habebat, qđ difficulter fit. ideo req̃ritur conſenſus,
qa deficit in quolibet errante. ibi agitur de reſcindenda confeſ
ſione, non de iure conferendo in quo magis ſuadet error fa-
5 cti q̃ iuris. ¶ † Circa ſm reprobationem no. ſm Bal. cautelã, qñ
eris aduocatꝰ vel procurator rei, & vides actorẽ errare in iuri
ſdictione, vt qa credat iudicem eſſe competentem, cũ non ſit,
qa nõ expedit opponere exceptionẽ incompetentiæ, qñ iret
ad aliũ iudicẽ competentem, ſinas & pmittas procedi, & poſt-
ea opponas, quia irritabis totũ pceſſum & ſñiam. qa ſola ſciẽ
tia rei non facit illũ iudicẽ competentẽ, & ille poſtea fatigatꝰ
laborib. & expẽſis citius veniet ad cõcordiã tecũ. iſta eſt bona
cautela ĩ iure fori, non iure poli. qa docet dãnare aĩam, ſicut
& alibi dicit Cyn. q diſſuadet tales cautelas. C. vt q̃ deſunt ad-
6 uoca.parti.l.unica. ¶ † Circa tertiã rephenſionem, dic ꝙ gl. nõ
bñ dicit vſquequaq;. nã ĩterdũ in cã citra cõteſtationẽ progať
iuriſdõ.l.ſed & ſi ſuſceperit.ff.de iudi. & no.ff.eo.l.ſi conuenerit.

ADDITIONES.

d ¶ Notandum. do. Iaſ. dicit ꝙ hęc limitatio non eſt uera per tex. in c.prudentiam.
qui dicit indiſtincte proceſſum non ualere ut hic latius per eum.
e ¶ Pronunciatio. Adde ꝙ ſententia delegati uigore reſcripti nulli tranſit in rem iu
dicatam ſi non appelletur ſm Lapum in c.j.de reſcrip. in 6. & d.Ant. in c.ſuper li
teris. quos refert & ſequitur Lud. Ro. conſi. 384.
f ¶ Ex delegata. Vide per Fede conſi. 147. per Rom. conſi. 446.

LEX XVI.

1 *Iuriſdictio poteſt delegari tam vniuerſaliter, quàm particulariter, nec per*
hoc abdicatur à delegante.
2 *Forma commiſſionis & reſcripti quòd ſit ſeruanda.*
3 *Comes palatinus habens poteſtatem legitimandi, quæ legitimatio dicitur*
reintegratio totius ſtatus, poteſt etiam diſpenſare, vt quis poſſit ſuccede
re certo modo licet non legitimet.

1 SOlet prætor. † Iuriſdictio poteſt delegari
tã vniuerſalr̃ q̃ particulari-
ter, nec ppea abdicatur a delegante, quia delegatꝰ
fungiť vice delegẽtis.h.d. Primo poniť vnũ dictũ,
2 vſq; ibi. nam & his. Secundo rñdet tacitæ obiectioni. † In fin.l.
ibi [fungitur vice eius.] & ideo debet ſeruare formã commiſ-
ſionis & reſcripti, & aliter q̃ ſibi ſit commiſſum non poteſt fa
cere, vt in c.cum dilecta. de reſcri. ſed non ſic limitatur iuriſdi-

3 ctio ordinaria,quã ſuo iure exercet. † vnde his dieb.dicebam
cũ Comes palatin⁹ habeat ptãtem legitimandi,q̃ legitimatio
eſt reintegratio totius ſtatus,ipſe autem non legitimauit, ſed
diſpenſauit,vt poſſit ſuccedere certo modo, qđ non eſt ꝓprie
legitimari:an valeat:& qdã ꝙ nõ, qa hoc non eſt ſibi ꝯmiſſũ.
Contrariũ dico,qa ſibi eſt collata ordinaria poteſtas legitimã
di vniuerſaliter,ꝑ ea quæ no.Bar.in l.ij.de optio.leg.vnde cũ
exerceat eam iure ſuo, licet non poſſit plus facere q̃ ſibi ſit ꝯ-
miſſum, bene poteſt facere minus,quia non habet ita ſerua-
re formam reſcripti,ſicut ſi faceret iure deleg.

LEX XVII.

1 *Continuatio præſentis legis ad precedentem.*
2 *Iudex ordinarius poteſt recuſari vt ſuſpectus ad hũc finẽ,vt cãm alteri de leget,nõ ut ex toto repellatur, & ꝙ talis exceptio non obſtet delegato.*
Delegatus principis ſi allegatur ſuſpectus,an poſſit tunc cauſam ſubdelegare,ſicut ordinarius.
3 *Ille qui fuit aduocatus aduerſarii mei poteſt a me recuſari vt ſuſpectus.*
Si impetraſti in iudicem illum qui acceptauerat meam aduocationem,uel quem volebam producere in teſtem, an poſſum petere ipſum remoueri, vt habeam ipſum in aduocatum,vel in teſtem.
4 *Delegans an coram delegato poſſit iuſtificari.*
Proceſſus factus poſt reuocationem propoſitam an valeat.

PRætor ſicut Vniuerſam.
1 ¶ † Hæc lex idem dicit qđ lex præcedens,& addit
vnum ꝙ iudex ordinarius ĩterdũ ex cã neceſſaria
hẽt delegare cãm,qñ ipſe allegat̃ ſuſpectus, vt qa ipſe fuit ad-
a uocatus[a] vni⁹ ex partib.in illa cã.& hoc no.†& ꝑ hoc patet ꝙ
2 iudex ordinarius p̃t recuſari vt ſuſpectus ad hunc finẽ,vt cãm
alteri deleget,non aũt vt ex toto repellat̃.dic vt no.in l.nemo.
C.eo.¶Itẽ no.ꝙ licet ſit recuſatus vt ſuſpectus,non tñ ꝓhibet̃
delegare.& ſic exceptio q̃ opponit̃ delegãti,non opponit̃ dele
gato.Quid in delegato à principe ſi allegat̃ ſuſpectus, an poſ
ſit tũc cãm ſubdelegare? vide c.iudex.de of.delega.li.6.¶†Item
3 no. hic ꝙ ille q̃ fuit aduocat⁹ aduerſarii mei p̃t a me recuſari
vt ſuſpectus.Sed qd ſi impetraſti in iudicẽ illũ,q̃ acceptauerat
aduocatione mea,vel quẽ volebã ꝓducere in teſtẽ, an poſſũ
petere ipſum remoueri, vt habeam ipſum in aduocatũ,vel in
4 teſtem? vide in c.dilecto. de teſt.†& an delegans cõrã delegato
poterit teſtificari? dic ut ibi no.gl.& an valeat proceſſus factus
poſt recuſationem propoſitam? vide Bar.in l.qa putatur. ĵ.ad
Treb.& Io.And.in nouella,in c.legitima.de appella.li.6.

ADDITIO.

a ¶ Aduocatus.Hãc l.limita ſecundum Inn. in c.irrefragabili.§.exceſſus.de of.or. & ibi Imol.& Abba.

LEX XVIII.

1 *Per pactum de litigando coram incompetenti iudice, non efficitur ille cõpetens:nec tenetur paciſcens coram illo reſpondere vel litigare.*
2 *Conuentio de litigando coram iudice incompetenti præſenti iudice,& conſentiente vel tacente valet: & eo abſente quid operetur?& quod etiam tunc valeat ſi pars iurauit,& nu.8.*
3 *Exceptio incompetentiæ iudicis debet proponi ante omnes alias. & quòd per ſolam exceptionem libelli non cenſeatur quis in iudicem conſentire,& quid per ſatiſdationem de iudicio ſiſti.*
4 *Termino ad omnes exceptiones proponendas elapſo poteſt opponi de incõpetentia iudicis,ſi ipſo iure non erat iudex,vel erat,ſed peruenit ad notitiam quòd ex priuilegio poterat recuſari.*
5 *Promittens ſoluere in quocunq;loco fuerit repertus poteſt vbiq;conueniri. Quid ſi promiſit reſpondere in quolibet loco.*
6 *Si partes prorogauerunt iuriſdictionem,& poſtea fuit incepta noua inſtãtia,an actor iterum poterit reum conuenire coram iudice.*
7 *Quid ſi partes a principio errauerunt poſtea ſcienter continuauerunt proceſſum coram eodem.*
8 *Iudices ſeculares compelluntur per cenſuram eccleſiaſticam facere laicos præciſè iuramenta ſeruare.*

1 SI conuenerit vt. † Per pactũ de liti-
gãdo corã incõpe-
tenti iudice non efficit̃ ille cõpetens, nec tenet̃ pa
1 ciſcẽs corã illo rñdere vel litigare,h.d.¶†In tex.ibi
[conuenerit.]ſ.ex iudicis præſentiã,ſecus ſi eo p̃ſente & con-
ſentiente,ut dixi.ſ.e.l.eſt receptũ. Idem vr̃ ſi p̃ſente eo & tacẽ
te,vt ĵ.ſi quis in ius vo.non ierit.l.j.¶ In tex.ibi [eiuſmodi cõ
uentioni ſtare]verũ eſt præciſe,vt ſi non cõparet poſſit ille iu
dex ꝯ eũ procedere tãq̃ ꝯ ſuppoſitũ ſuę iuriſdictioni,ſed cãti-
b ue ſic, ſi non vult teneri ad intereſſe, ad qđ p̃ot conueniri[b] ſi
hæc conuentio fuit ſtipulatione vallata,vt nota. in Spe.de cõ
pe.iud.adi.§.j.ver.ſed an cõpetẽtẽ. Et dicit Bal. ꝙ ẽt ſi nõ fuit
vallata ſtipulatione,ſed fuit facta hæc cõuentio tp̃e ꝯtus cele
brati,vt quotidie fit,qa ꝯhentes ĩ eodẽ inſtr̃o ꝯtus ſubmittũt
ſe iuriſdõni cuiuſcunq;iudicis.nã talis cõuẽtio ẽ tãq̃ pars ipſi⁹
ꝯtus,ar.l.fundi partẽ.de ꝯhẽ.emp. & veſtit̃ ab ipſo ꝯtu. & in-
terdũ p̃t p̃ciſe ꝯpelli ſi iurauit,qa iur̃m p̃t ſeruari ſine interitu
ſalutis æter.& ad obſeruationẽ iur̃i q̃s p̃ciſe ꝯpellit̃ ſm Ang.
3 ¶†In gl.ſup verbo adiret,ibi[vſq;ad litis cõt.]tu dic ꝙ ẽt ante
lit.cont.ſi omiſſa exceptione incõpetentiæ oppoſuit al's exce-
ptiones,& petiit ſup eis ꝓnũciari ,puta de ĩcertitudine libelli,
vl' ꝙ actor eſt excõicatus,vel aliter inhabilis,qa vr̃ cõſẽtire vt
tãq̃ iudex ꝓnũciet ſup illis exceptionib.vt l.ſed & ſi ſuſceperit.
ĵ.de iu.& iõ dicit lex ꝙ exceptio incõpetentię dẽt ꝓponi ante
oẽs al's.C.de exce.l.fi.& vide qđ no.Bar.in l.qdã cõſulebat. de
re.iu.ꝑ ſolã aũt exceptionẽ libelli nõ cẽſet̃ ĩ iudicẽ cõſentire,
vt l.nõ vr̃.ĵ.de iud.nec ſati ſdare de iudicio ſiſti,qa poſt eã p̃ot
4 adhuc recuſari.vt ĩ auth.offerat̃.C.de lit.cõt. ¶ †Sed qd ſi fuit
aſſignat⁹ terminus ad oẽs dilatorias ꝓponẽdas?dic ꝙ non ob-
ſtãte lapſu termini p̃ot opponi de iſta ĩcõpetentia, qa nõ ẽ ꝓ-
prie exceptio,ſi ipſo iure nõ erat iudex,ſm Bal. ſi ergo erat ipſo
iure, ſed ex priuilegio poterat recuſari, vt habet̃ in ſeq.gl.tũc
ꝑ lapſum termini vr̃ illi priuilegio renũciaſſe,niſi đ nouo ꝑue
niſſet ad eius notitiã, vt c.paſtoralis. de excep.Itẽ hic loq̃t in
cõuentione facta, ꝙ poſſet cõueniri corã iudice incõpetenti.
5 ¶†Quid ſi ꝓmiſit ſoluer̃ ĩ quocunq;loco fuerit repꝑt⁹?dic ꝙ p̃t
vbiq; ꝯueniri,qa cẽſet̃ ſortiri forũ rõne ꝯtus, & collatæ ſolu-
tionis,ut l.ꝯxiſſe.de ac.& obl.ad qđ ſ.depo.l.Lucius. & l.Titiũ
& Mæuiũ.§.j.de adm.tut.& no.ĩ Spe.de ꝯpe.iud.adi.§.j. ver.qd
ſi ſit pactũ.Sed qd ſi ꝓmiſit rñdere ĩ quolibet loco?dic aut di-
xit ſe ꝓmitter̃ rñdere de tanta pecunia,& tũc exponit̃.i.tantũ
dẽ ſibi ſoluere.ut no.Bal.in l.eã q. poſt princi. C. de fideicom.
& ſic poterit ꝯueniri ꝑ hanc l.& tenet Bal.hic, & ad hoc vide
6. tex.in c.dilecti.de fo.ꝯpet.& quod no.ibi.Inn. ¶† Quęro quid
ſi partes prorogauerunt iuriſdictionem,& poſtea fuit incepta
inſtantia, & actor uult reũ reconuenire corã eodem iudice,
ille opponit de incõpetentia, actor replicat de prorogatione,
reus triplicat ꝙ illa intell'r reſpectu primæ inſtãtiæ,non nouę,
quid iuris?Gul.de Cugn.in l.eum qui.§.j.de cõſtitu.pecu.tenet
hãc vltimam partem,per l.ſi quis repetere.ad Turpil.Ang.idẽ
per l.hos accuſare. §. hoc beneficio.de accuſatio. quæ melius
c facit.[c]Ego limito hoc uerũ in prorogatione quæ facta fuit ex
tacito ꝯſenſu,quia ſcientes coram eo litigauerunt.nã illa non
extenditur ultra actum ex quo non reſultant uerba, ſm Bar.
in ſimili.C.ne filius ꝓ pa.l.fin.per illum tex.ſecus ſi facta eſt ex
expreſſo cõſenſu,quia ſe ſubiecerunt.nam ille magis extẽdit̃,
& ur̃ actum ꝙ ĩ tota illa cã euſque terminata ſit uelit ſubeſ-
ſe iuriſdictioni illius.ad hanc diſtinctionem uide gl.ord.ſingu
7 larẽ in cle.ſępę.de uerb.ſig.quã oĩno uide circa finẽ. ¶ †Item
quid si à principio partes errauerunt, poſtea ſcientes cõtinua
uerunt proceſſum corã eodẽ?dic non confirmari prius geſta,
nec ualere proceſſum si tp̃e conteſtationis erant in errore,qa
si non ualet conteſtatio,nec ea quæ poſtea ſequuntur ualere
pñt.gl.eſt ord.& no.in l.j. C.ubi de cri.agi oportet.ſecus si tp̃e
8 cõteſtationis non erant in errore. †Ad illud autẽ quod dixi đ
iur̃o ꝙ quis compellitur præciſe ad eius obſeruantiam, dic ꝓ-
bari per c.nouit.de iud.& per c.licet.de iureiu.lib.6. ubi ſecula
res iudices compelluntur per cenſuram eccleſiaſticam facere
laicos præciſe iuramenta ſeruare.

ADDITIONES.

b ¶ P̃ot conueniri. Aduerte quęſo num ne ad intereſſe quidem reus ex hac ſtipulatione teneatur,cum omnino nulla ſit:idq;ex his verbis tex.nemo cõpellit̃ huiuſmodi cõuentioni ſtare,in e.l.ſi conuenerit, & quia talis ſtipulatio vr̃ eſſe contra ius publicum.l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ver.& generaliter.ff.de pac.l.pacta. C. eo.& ita per Mod.intelligitur. d.l.ſi conuenerit.

c ¶ Melius faciat.Lud.Ro.poſuit hanc limitationem pro ſingulari ſingularib. ſuis & limitationem Pau. ſequitur Iaſ.hic.

LEX XIX.

1 *Poſtquam quis præuentus eſt, licet mutet forum,non eximitur à iuriſdictione iudicis preuenientis.*
2 *Preuentio iuriſdictionis qualiter fiat.*
3 *Mulier propter matrimonium mutat forum domicilii & ſequitur forum viri,& deſinit eſſe ciuis ſuæ ciuitatis, & efficitur alterius,ſed regulariter contra,& quid ſi adhuc non eſt ducta ad domum mariti.* & nu.4.
4 *Vidua honeſte viuens retinet domicilium & ciuitatem, tanquam cenſeatur eſſe in eodem matrimonio.*
5 *Si lata eſt ſententia contra aliquem,qui poſtea mutauit domicilium, tunc iudex loci domicilii non tenetur talem ſententiam exequi, niſi ad literas iudicis loci originis.*
In eodem territorio an vnus iudex poſſit exequi ſententiam alterius ſine illius requiſitione.
6 *Mutans domicilium remanet ſubditus ratione originis,ſed non poteſt ibi conueniri niſi ibidem reperiatur,uel niſi fuerit præuentus.*
7 *Si quæritur de lucro dotis fiendæ per maritum, quòd debeat inſpici ſtatutũ loci mariti non vxoris.*
8 *Præuentus in foro ſeculari ſi poſtea efficitur clericus,& cauſa ſit ciuilis tenetur coram primo iudice reſpondere.*
Quod in multis caſibus iudex ſecularis poſſit procedere contra clericum, ſed in criminali non.
9 *Quid in collectis ſi poſt impoſitionem factam à ſuperiore aliquis mutat forum & domicilium? remiſſiue.*
Quid ſi præuẽtus moriatur,& ſuccedat ſibi alius de alio foro quòd teneatur proſequi litẽ coram primo ẽt ſi ſuccedens ſit clericus: fallit in fiſco.

Cum

1 CVm quædam puella ¶† Poſtq̄uā
qs prçuen-
tus eſt, licet mutet forum, non eximiť à iuriſdõne
iudicis præuenientis. h. d. vſq; ad §. quoties, & po-
2 nit duos caſus. † Primus, qñ fuit p̄uentus p ꝓceſſum agitatū ꝯ
eum vſq; ad ſñiam incluſiue. Secundus, qñ vſq; ad ꝯteſtationē.
certe idem ſi p ſolā citationē, vt l. ſi qs poſtea. ǰ. de iudi. p quā
iſta ſuppleť, & adde c. quod ſignificaſti. de fo. cõp. quod capľm
3 ego habui in pūctis, qñ fui examinatus in iure can. ¶† In tex.
ibi [ꝓuenerit] & ſic mutauit domicilium, vt in gl. j. certe ēt o-
riginē, q̄a deſinit eſſe ciuis ſuæ ciuitatis, & incipit eſſe ciuis ci-
uitatis alterius, vt no. C. de incol. & l. mulieres. & l. originē. &
plene p Bar. in l. fi. §. idem reſcripſerunt. ǰ. ad munici. & eſt ca-
4 ſus ſpālis rlr ꝯ, vt l. aſſumptio. in prin. e. ti. † Sed q̄d ſi remāſit vi-
dua? rñdeo adhuc retinet ciuitatem, & domicilium ibidem ſi
ibi remanet, & honeſte viuit in viduitate, vt l. fi. §. vidua. eo. ti.
q̄a cenſeť eſſe in eodem mřimonio quouſq; vidua ſtat, ut l. fi.
a C. de bo. ma. ſecus ſi non honeſte[a] viueret ſicut nec ꝯcubina,
vt in eadem gl. hř hic fi. ne plus habeat luxuria, q̄ caſtitas, ſm
Ang. & idem vř ſi inde recederet, & ad locum ꝓpriæ originis
reuerteretř, q̄a ceſſante cā, & c. nā illa mutatio cõtingit pp trā-
ſlationē pſonæ, qua ceſſante dēt deſinere mutatio. † Quid aūt
ſi adhuc non eſt ducta ad locum, dic, vt l. ea q̄. eo. ti. ad mu. ¶ In
5 tex. ibi [dic. ſ. p primū iudicē in bonis, q̄ hēat in loco originis,
& ſi ibi nō hēt, vt ſcribat iudici illius loci vbi eſt, q ſuā ſñiam
b exequatř[b] ꝯ eā, ut in gl. q̄ inci. ſ. vbicunq;, q tenetur hoc facere,
vt no. in l. ꝓperandum. §. ſinaūt reus. C. de iud. & niſi lřas ſcri-
bit iudici? non pōt ille talem executionē facere, ut innuit iſta
gl. q̄ ad hoc allegať, & eſt cõis opi. ſicut nec miſſionē ex primo
decreto in bonis ibi ſitis, vt l. cum vnus. §. pe. de bo. au. iud. poſ.
in c. Ro. §. ꝯhens. de fo. com. ¶ Quidā tñ tenuerunt aliud eſſe
in executione diffinitiuæ, q quilibet iudex irrequiſitus poſſit
eā facere ex ſuo offō ſuper bonis condemnati, quæ habet in
ſua iuriſdõne ēt ſi ſit ab alio iudice lata per l. argentarius. §. no
mine pupil. ǰ. de iud. ſed illa poteſt intelligi in actione in fcñ,
q̄ oritur ex ſñia, & in qua proceditur ordinarie, nam in illa fa-
teor, q vbiq; poteſt intentari, ſed executio, quę fit officio iudi-
cis deſeruiente primę actioni, & inſtātię pertinet ad iudicem,
q ſñiam tulit, & iõ alius iudex non debet ſe impedire, niſi ad
requiſitionē illius, qñ eſt de alio foro diuerſo, quod dic vt ple-
ne per Bar. in l. a diuo Pio. §. j. de re iu. & quid iuris ſit ſi eēt de
eodem territorio, ptās, & capitaneus, vel plures iudices eiuſdē
tribunalis, an alter poſſit exequi ſñiam alterius ſine illius req
ſitione? dic ut ibi. ¶ In tex. ibi [ſuſceptam cognitionem] ſ. per
6 cõteſt. litis. ¶† In tex. ibi [in omnib. hmōi] i. vbicunque præuen
tus mutat domicilium, non originem, quod eſt regľr, vñ mul
to fortius remanet ſub iuriſdictione iudicis præuenientis, q̄a
remanet ſubditus etiā ratione originis, licet mulier nō, tñ nō
pōt ibi conueniri, niſi ibidē reperiatur ſi non fuiſſet p̄uentus,
ne cum incommodo trahatur extra domicilium, ad quod vi
7 de quod no. Bar. in l. aſſumptio. §. filius, ǰ. ad mu. vbi plene. † Et
notandum, q̄a pp hoc, q mulier mutat domicilium, & origi
nem dñt doc. q ſi q̄ritur de lucro dotis fiendæ per maritū, dēt
inſpici ſtatutum loci mariti, & non ſtatutum loci vxoris per l.
exigere dotem. ǰ. de iud. quam allegant pro caſu ī ratione ſui,
8 quod dic, vt per Bar. in l. cunctos populos. de ſum. Tri. ¶ † Sed
c q̄ritur, quid ſi aliquis tranſit de foro ſęculari ad eccleſiaſticū,[c]
quia efficitur clericus poſtq̄ fuit præuentus. dic ſm Bart. q in
cā ciuili teneť rñdere coram primo, nā & in multis caſib. iu-
dex ſæcularis p̄t ꝓcedere ꝯtra clericū in ciuili, ſed in crīali nō,
quid iuris ſit pp pęnā quā ſęculari non poteſt imponere cleri
co ſi ſit pſonalis, uel hēt perſonā diſtrīgere? dic, vt no. per Bar.
9 in d. l. j. ǰ. de pę. & per Io. And. in nouel. c. j. de obli. ad rõci. † Itē
quid in collectis ſi poſt impoſitionem factam à ſuperiore ali
quis mutat forum, & domicilium? dic, ut hř in l. īcola. ǰ. ad mu
ni. ¶ Itē quid ſi prçuentus moriať, et ſuccedat ſibi alius de alio
foro? dic, q teneť ꝓſequi litem corā iudice præueniēte, ut ǰ. d
iud. l. ſi is qui Romæ. et l. hæres abſens. in prin. etiam ſi clericus
ſuccedens laicio, et no. xj. q. j. c. clericum nullus. Fallit ī fiſco ſuc
cedente priuato, qui habet ſuos proprios iudices, vt in l. ſi con
ſtant e. §. fi. ſo. ma. et ibi notatur.

ADDITIONES.

a ¶ Non honeſte. Facit quod idem voluit conſi. 12.
b ¶ Exequatur. Si tamen iudex cui ſcribitur, cognoſcit notorie ſententiam nullam, non habet neceſſe reſcribere iudici de exce. oppoſita executioni, immo debet literas ſpernere. Ita conſuluit Lud. Ro. conſi. 50.
c ¶ Ad eccleſiaſticum. vide Old. conſi. 8. cuius verba poſuit Io. An. in addi. ad Spe. in lit. de obl. ad ra.

1 *Quæſtio iuriſdictionis expeditur ſecundum formam libelli, & petitionis, non ſecundum quod eſt in rei veritate.*
2 *Ad fundādā iuriſdictionem iudicis inſpicitur, quod eſt deductū in libello.*
3 *Actor poteſt petere maiorem quantitatem ad finem, ut habeat præſidem in iudicem, ſed non erit impunis.*
Quid econtra ſi petiit minorem, ut poſſet agere coram magiſtratu.
4 *Si debebas mihi mille, & petii quinquaginta, quia non eras ſoluendo, niſi in quinquaginta, an tenear ſoluere gabellam, ex diſpoſitione ſtatuti de tota ſumma.*
5 *Quo ad ordinem procedendi, vel ordinarie, vel ſummarie debet inſpici narratio libelli, non veritas.*

1 §. Quoties de quantitate. ¶† Quęſtio iu
riſdõnis expe-
ditur ſm formam libelli, et petitionis, non ſm quod eſt in rei
2 veritate. h. d. et ſp allegať ad hoc, † q ad fundandā iuriſdictionē
iudicis inſpiciť, quod eſt deductum in libello, quia ſi eſt tale, d
quo iudex poteſt cognoſcere ſi eſſet verum, licet verum non
ſit, cognoſcere poterit vſq; ad ſñiam, ſi tñ reperiatur poſtea
q non ſit verum dabit ſñiam cõtra actorē, et abſoluet reū ab
obſeruatione iudicij, et iõ determinat Bar. ī l. 2. ǰ. ſi quis in ius
voca. non ier. ſi conuenio te forenſem coram ptāte Paduano
rõne contractus quē dico te celebraſſe Paduæ, tu aūt dicis il-
lū contractū non fuiſſe celebratū Paduæ, ſed Vincentię, et iõ
declinas iuriſdõnem, quare petis te illuc remitti, q non dēt de
hac tua exceptione cognoſci, ſed pōt ꝓcedi vſq; ad ſñiam, et
tunc videbiť quid iuris ſit in hoc per iſtum tex. no. licet Inn.
alř fuerit locutus in c. ſup lřs. de reſcr. Et poteſt hic poni caſus
duob. modis, primo, q cū mihi dřes quīquagīta ad hoc, vt poſ
ſim agere corā præſide, petij coram eo centū, præſes cogno-
ſcet, nec diſcutiť principio q̄tū debeť, ſed q̄tū petiť, quantum
ad hoc, vt poſſit procedere, ſed si non probabo nisi de quin-
quaginta, in illis tñ obtinebo ſñiam, quia qui petiit centū pe
tit ēt quinquaginta, & hoc no. Cy. in l. j. in fi. de lit. cont. & q̄a
plus petij condemnabor in expenſis, & hoc vult gl. j. ſic ergo
pōt actor excludere reum dicentem, q præſes non poſſit co-
gnoſcere de quantitate intra quinquaginta aureos, ſed ſolus
3 magiſtratus, † q̄a tūc actor poterit narrare in libello ſibi debe
ri maiorē q̄titatem ad finem non vt totā conſequať, ſed vt ha
beat pręſidem in iudicem, & hēbit, non tñ erit oīno impunis
& hoc uult gl. j. dum dicit, q eſt in optione actoris: pōt ergo in
telligi, q cum deberenť mihi centū, non petii nisi quinqua-
ginta ut poſſem agere corā magiſtratu, & dř q magiſtratus
poterit cognoſcere attento eo quod petiť, non eo quod debe
tur, & ſic eſt hic caſus de eo q̄d dixi de q̄one, quā formaui. ſ̄. e.
4 l. ſi idē cū eodē. ¶† Sed pone q debes mihi mille, tñ non eras
ſoluendo nisi in quinquagīta, petii tota mille, & ibi erat ſtatu
tū, q ſoluať tñ pro libra de quantitate in iudicium deducta,
petiť a me q ſoluam de tota quantitate petita, ego dico, q li-
cet petierim, q̄a ſic dictat inſtřm, tñ ſciebam, q non poteram
conſeq nisi quinquaginta, & ideo nolo, nisi pro illis ſoluere,
q̄a non videris in plus teneri argumento ǰ. de dolo. l. nam is.
a dic, q imò teneor ſoluere ꝓ tota ſumma[d] petita arg. hic ſm
5 Bar. & ꝓbať in l. ī offerēdis. C. de app. & ibi ēt vide Bar. ¶ † Itē
q̄ro in libello ego narro aliud, q̄d ſi eſt verum, dēt procedi in
cā ſummarie, & de plano: ſed ſi non eſt verum, debet procedi
ordinarie, an diſcutieť, an ſit verum, vel ſciať, quo ordine dēat
procedi reo poſtulante? dic q non, ſed procedendum eſt ſum
marie inſpecto eo quod eſt in libello deductum, et aſſertum
eſt. de hoc gl. eſt ord. in cle. diſpendioſam. de iud. ſuper verſ. vſu
ris. et hoc per iſtū tex. ad quod ēt vide quod no. Inn. in c. cum
ſit. de fo. cõ. et ī c. Ro. §. ꝯtrahentes. e. ti. li. 6. ſup uer. ꝯtrahentib.
¶ Vlt. cõtra p̄dicta opponiť, q imò debeat diſcuti veritas, et q
nō ſit inſpiciendū id quod dř, uel noīať, niſi cū ſit uerū, ut no.
ǰ. de do. l. j. in prin. gl. ſuper uerb. dicereť. et ǰ. ſi qua. pa. fe. dic. l. j.
in prin. in j. gl. q̄ dicit, et uerū ſit. Sol. illa intelliguntť quantum
ad finē iudicij nō ut actor cõſequať ſñiam, ſed quantū ad fun
dādam iuriſdictionem, et proceſſum ſufficit ſola narratio.

ADDITIO.

a ¶ Tota ſumma. Adde Math. no. ſtio 148. quod dictum etiam all. d. Iaſ. hic dicens, quod ad effectum litis procedit dictum Bar. in aliis vero inſpicitur effectus exactionis, vt hic per eum.

LEX XXII.

1 *Excedenti metam ſuæ iuriſdictionis, impune non paretur.*
2 *Iudex ordinarius vnius territorii non poteſt facere citari non ſibi ſubditū, etiam exiſtentem in ſuo territorio, nec ille tenetur ſibi obedire, & quid ſi erat dubium, an eſſet ſubditus.*
2 *Si dedit iudex ſententiam contra ſubditum, & non reperiantur bona in ſuo territorio, non pōt facere executionē in bonis eiuſdem poſitis in alio territorio, ſed dēt ſcribere literas iudici illius territorii, quòd hoc faciat.*
4 *Iudex vnius territorii, an poſſit citare ſuum ſubditum exiſtentem in alieno territorio.*
5 *Epiſcopus quòd poſſit facere ſententiam excommunicationis in ſuum ſubditum exiſtentem in alieno territorio.*
6 *Si ſtatutum epiſcopi excommunicat committentes furtum, an liget ſubditum committentem in alieno territorio, quòd non.*
7 *Subditus ſi delinquat in alieno territ. pōt ſibi imponi pœna ſtatuti ſui loci.*
8 *Iudex ordinarius an poſſit in alieno territ. uel alibi, quàm in ſolito tribunali ius dicere inter ſubditos, uel iuriſdõnem ſuam exercere. & num. 9.*
9 *Iudex ordinarius exiſtens in alieno territorio pōt cām delegare, etſi adhuc non eſt ingreſſus delegatio non incipit ſortiri effectū, niſi poſt ingreſſū.*

Epiſcopus

Epiſcopus exiſtens extra ſuam diœceſim, poteſt conferre beneficia, & confirmare electiones ſi non apparet contradictor.
10 *Iuriſdictio cohæret perſonæ, ſed terminatur territorio.*

1 EXtra territorium. ¶†Excedenti metam ſuæ iuriſdõ-
nis, impune non paretur. h.d. & eſt l. vulgaris quæ
trahiť ad infinita, & cã repetit Pet. de Cun. de cui⁹
dictis multa extrahit Cy. ꝙ prima loqť qñ exceſſit reſpũ terri-
torij. ſecundo, qñ reſpectu quãtitatis, ita intelligit gl. ver. fi. dũ
dicit eõ, ſed Ang. dicit poſſe intelligi plurib. aliis modis. ſ. reſpe
ctu tpis, ſi vltra tps ſuæ iuriſdõni pfixũ vellet ꝓcedere, vel ſi vl
2 tra cãs ſibi cõmiſſas, vel pſonas nõ ſit ꝓrogata iuriſdõ. ¶ †Gl.
exemplificat trib. modis principiũ huius legis. Ex primo mõ
no. ꝙ iudex ordinarius vnius territorij non pt facere citari nõ
ſibi ſubditũ ẽt exiſtentẽ in ſuo territorio, & ꝙ ille non teneť ſi
bi obedire, nec ɔparere, nec pt ab eo puniri tãq̃ cõtumax, hoc
tñ eſt verũ, qñ notorium eſt, ꝙ non erat ſuus ſubditus, ut quia
ita cõtinebat ĩ citatione, ſi aũt erat dubiũ, teneť cõparere, & ni
ſi cõpareat, pt puniri de cõtẽptu, & in hoc ille cenſeť hr̃e iuriſ
dõnẽ. l. ſi qs ex aliena, ff. de iu. & plura habes de iſta materia ĩ l.
3. ff. ſi qs in ius vo. non ie. Et ẽt plene per Io. An. in rľa ſcienti. đ
re. iu. in mer. & adde bonã gl. in l. ſi putas. C. de pe. hær. & quod
3 no. plene in c. pterea. de dil. ¶†Ex ſecundo mõ poſito p gl. no.
ꝙ ſi iudex ordinarius dedit ſnĩam ɔ̃ ſuũ ſubditũ, & nõ reperiã
tur bona in ſuo territorio illius ſubditi, non pt facere execu-
tionem in bonis eiuſdem poſitis in alio territorio, quod intel
lige qñ vellet mittere illuc nunciũ ſuũ, q aſſignaret illa bona
actori in cã iudicati, ſed ſi ſcriberet lr̃as iudici illius territorij,
ꝙ hoc faceret, bñ poſſet hoc fieri, vt dixi in l. præcedenti, & ꝓ-
4 pter hoc iſte tex. cũ gl. ſm iſtam lec. inducitur ad plura. ¶†Pri-
mo vtrum iudex vnius territorii poſſit citare ſuũ ſubditũ exi-
a ſtentem in alieno territorio?[a] circa quod conſidera tres caſus,
nã aut vult citare ſcribendo iudici illius territorii, ꝙ ipſum ci
tet ex ſui parte, & hoc pt fieri ſine dubio per id quod ſ. dixi, &
eſt hodie caſus in cle. paſtoralis. de re iu. & probať in l. i. §. j. ff. de
req. reis. Aut vult citare abſq; eo ꝙ ſcribat, & tunc aut perſona
liter faciendo capi perſonam, & ad eũ duci, & clarũ eſt, ꝙ nõ
pt, quia mitteret falcem in meſſem alienã. i. in territorium, &
ad hoc allegať tex. cum gl. in l. quis fugitiuus. §. idem Celſus. ff.
de ædil. edil. in gl. ſuper ver. adduci. & no. per Bar. in l. cui. §. cũ
ſacrilegiũ. ff. de acc. ſed ſi ſcripſiſſet iudici, ꝙ illud caueret, & ſi
remitteret, bene poſſet hoc fieri, vt in Auth. vt nul. iu. §. ſi quis
vero comprehenſorum. Aut vult facere citari verbaliter tm̃ p
ſuum nuncium miſſum ad ipſum de directo cum lr̃is, vel ſine
lr̃is, & de hoc caſus eſt dubius, & fuit iſte caſus diſputatus per
Cy. q tenuit ꝙ ſic per l. omnes. §. vero apparitor. C. de ep. & cle.
vbi dicit eſſe caſum in ɔ̃rium, qa iſta eſt q̃dam executio, quã
facit nuncius, non commiſſio citationis, & eſt q̃dam ſnĩa ĩter
locutoria, & actus nuncij eſt executio ipſius iuxta no. per Cy.
in l. dies feſtos. C. de fer. ſed executionem, non pt facere in alie
no territorio. ut in hac gl. & ita terminatum eſt per Cañ. ĩ cle.
paſtoralis. vbi fuit reprobata ſnĩa Imperatoris, qa citauit Regẽ
Robertum per ſuas lr̃as exiſtentem ĩ territorio ecclæ cum de
buiſſet requirere Papã ꝙ citaret. Bart. reducit ad concordiam
5 has opi. & legiſtas cum can. in d. l. j. ff. de reg. iu. dic, vt ibi. ¶ †In-
ducitur ẽt ꝙ eps non pt facere ſnĩam excommunicationis in
b ſuũ ſubditũ exiſtentem in alieno territorio,[b] qa talis ſnĩa tra
hit ſecũ executionem, ut in c. paſtoralis. de app. & ſic fieret exe
cutio in alieno territorio, ɔ̃rium tñ teneť can. vt no. gl. x. q. 2. c.
epm. de qua ẽt tangiť per Inn. ĩ c. fi. de fo. compe. nam iſta exe-
cutio non dr̃ fieri loco, qa non fit circa corpus locatum, ſed
fit circa aĩam, quæ non dr̃ eſſe in loco, & iſto modo rñdet do.
Io. de Lign. q tenet iſtam opini. in ſuo trac. d ecclaſtica cenſu.
6 ¶† Facit ẽt ſi ſtatutum epi excõicat commitentes furtum[c] an
c liget ſubditum comittentem in alieno territorio? & vr̃ eſſe ca
ſus ꝙ non, vt in c. animarum. de conſt. li. 6. & dñt qdã illã eſſe
rationem illius c. ꝙ non pt facere executionem in alieno ter-
ritorio, ſed certe hæc non eſt bona rõ p ca, q̃ ſ. dixi, eſt ergo
rõ ibi, ꝙ ſtatutũ loquens gñalr de committẽtib. furtũ, & reſtrĩ
giť ad committẽtes intra territoriũ, & nõ eſt verisiľe, ꝙ volue
rit ĩcludere committẽtes extra, qa illi non offendũt ſuã remp.
nec ſuam maieſtatẽ. Si aũt dictaret expreſſe, ꝙ committentes
furtum ĩ territorio vel ex̃, ſunt excõicati, nõ hr̃et locum illud
c. qa pt iudex punire ſubditum ẽt de delicto cõmiſſo in alie-
no territorio, vt l. j. C. ubi de cri. agi opo. & eſt caſus p quẽ hoc
probať in l. 2. C. de claſ. lib. 10. & l. mercatores. de commer. &
merca. ubi lex ponit ſubditũ delinquentem in alieno territo-
7 rio. Pa. de Caſt. ¶ † Vl. per hoc ẽt deciditur, ꝙ ſi ſubditus delin
quat in alieno territorio, an poterat ſibi imponi pœna ſtatu-
d ti ſui loci. Bar. tenuit[d] ꝙ non, in l. cunctos pplos. C. de ſu. Tri.
Alii tenent ɔ̃rium, & melius: quia ſi ſtatutum hoc expreſse di
ceret, ſine dubio ẽt ſm Bar. poſſet. Idem ergo ſi loquitur gñã-
liter, qa in gñali diſpõne veniunt oĩa illa de quib. poſſet ſpãli
8 ter prouidere, vt no. gl. in l. ſolet. ſ. e. ¶† Ex tertio exemplo gl.
no. ꝙ ſi iudex ordinarius territorij reperiť in altero territorio
non poteſt ibi ius dicere ẽt inter ſubditos ꝓprios de reb. in ſuo
territorio geſtis, & exiſtentib. nec mirũ, qa ẽt in ſuo territorio
e non poſſet alibi, q̃ in ſolito tribunali,[e] vt l. pe. ſ. de iuſt. & iu. iu
dices aũt, q non hñt territoriũ, pñt vbiq; in loco honeſto, ut
no. C. de ſen. l. cũ ſnĩam. q ãt hñt territorium ex̃ illud non hñt
exercitiũ iuriſdictionis, licet iuriſdõnem non perdant, vt ſ. de
of. præ. & ibi no. in gl. l. 3. Item ſunt qdã, q in quocũq; loco ſui
territorii pñt ius reddere, ut in c. cũ eps. de of. or. lib. 6. ¶ Sed qd
ſi partes conſentiũt, ꝙ in alieno territorio cognoſcat? dic hoc
poſſe fieri, qa poteſt prorogari iuriſdictio de loco ad locũ p l.
quæro. de ſo. vt no. Cy. ĩ l. ſi qui ex conſenſu. C. de epi. aud. vr̃ tñ
requiri conſenſus expreſſus, licet in aliis prorogationib. ſuffi-
ciat tacitus. tex. eſt in c. ſtatutum. §. illo. de reſcri. l. vi. Can. vero
dñt ẽt requiri conſenſum iudicis illius loci, vt no. Inn. c. nouit.
de offi. deleg. qđ puto verum si vellet ibi eligere tribunal pub.
qa tẽderet ĩ dedecus illius iudicis loci, ergo, &c. ar. ff. de ſer. ru.
præd. l. diuus Pius. eſt cum l. præcedenti. & de vſuf. leg. l. hæres ĩ
fundo. ſecus ſi loco ſecreto, puta in domo propria vellet hoc
facere, qa ceſſaret ratio, aliqñ tñ ẽt ſine ɔſenſu partiũ poſſet i⁹
dicere ɔ̃ inuitũ, vt ſi eſt excluſus de ſuo territorio, ut in cle. j. de
fo. com. vel impediret ingredi. arg. ſ. de of. pro. l. aliqñ. & quod
no. Inn. in d. c. nouit. de of. leg. vbi ẽt dicit, ꝙ ſi eſſet iudex duo-
f rum[f] territoriorũ exiſtens in vno, poſſet expedire negocia al-
9 terius. ¶†Poteſt ẽt exiſtens in alio territorio delegare cãm, vt
ſ. de offi præfec. vrb. l. fi. ſed adhuc non eſſet ingreſſus, delega-
tio non inciperet ſortiri effectũ niſi poſt ingreſſũ, ut l. 3. §. ii. de
offi. proc. similiter ẽt ea q̃ ſunt de voluntaria iuriſdictione pt
ibi exercere, ut hic in glo. & sic eps exiſtens extra ſuam diœce-
g ſim poteſt conferre[g] bñficia, licet collatio ſit actus iuriſdictio
nalis, vt d. c. nouit. & ẽt infirmare electiones si non apparet ɔ-
dictor, ut no. Arch. 50. di. qui in alieno. Sed an in loco exẽpto
exiſtente intra ſuum territorium poterit ius dicere? dic ꝙ non
qa æqparať loco exiſtenti extra territorium, ut patet in d. c. cũ
eps. & ibi no. in gl. de offi. or. li. 6. & sic in domib. ecclæ, uel in
10 ipſa eccľa non poſſet. ¶ † Vlt. no. non intelligas hic ꝙ iuriſdi-
ctio cohæreat territorio, imò perſonę, vt dixi ſ. eo. l. more. ſed
ꝙ terminať territorio. ¶ Item de q̃ſtione gl. in ver. fin. iſtius. l.
qñ iudex ꝓfert ſnĩam in maiori q̃titate, q̃ poſſit, an valeat ĩ ea
ſaltem de qua pt, dic ꝙ de conſenſu partium valet ẽt tota, qa
pt ꝓrogari iuriſdictio de re ad rem, & de infimo gradu iuriſ-
dictionis ad ſummum, ut l. inter conuenientes. ad mun. & ibi
eſt bona gl. licet non de iuriſdõne ad Imperium, ut ibi no. l. j.
in vl. gl. ff. de iud. ſed si sine conſenſu partiũ, aut erant capľa di-
uerſa, & pt ualere in uno, & in altero non, vt l. ẽt. ff. de mino.
Aut erat vnum tñ, & vna ſnĩa, & tunc non valet ĩ aliquo, qa
ſup illa nullam hñt iuriſdictionem, nec in aliqua parte illius,
cum sit una, ut colligitur ex hoc tex. & ita no. in l. j. C. de erro.
cal. per Cy. in 2. q. & eſt gl. 2. q. vj. §. item cum certa. licet gl. in l.
j. C. de re. iu. videatur dicere contra.

ADDITIONES.

a ¶ Alieno territorio. de hoc per Old. late conſ. 83. Fran. Are. conſ. 58.
b ¶ Alieno territorio. De hoc per Fed. conſ. 16.
c ¶ Furtum, De hoc per Fed. conſi. 2. vbi ponit ſi conſtõne epiſcopi caueatur, quòd ludens ad azardum ſit excommunicatus, an ludens in loco exempto ſit excommũnicatus, & ibi vide an talis locus ſit extra territorium, ut hic tenet do. Iaſ.
d ¶ Bar. tenuit. Adde quòd hanc eandẽ op. tenet practicus Are. in ſuo tract. male. in ver. exiſtens Florẽtię, col. 2. qđ ſi dictus Abb. in cõſ. 24. ĩ c. Rodul. de ciuitate Corneti. vide Alex. de Imo. in conſ. 121. in 1. vol. & Fran. de Are. in conſ. 58. Cur.
e ¶ Solito tribunali. Adde hic quod notaui ſup. in l. pe. de iuſt. & iu.
f ¶ Duorum. Adde quæ voluit Are. conſ. 135.
g ¶ Conferre. Vide per Old. conſi. 72. vbi ponit an epiſcopus poſſit concedere indulgentias loco exiſtenti in aliena diœceſi, vt valeant pro ſibi ſubditis, & ibi mordet dictum Ho. ꝙ ſacerdos poſſit ſuum ſubditũ vbique abſoluere, & limi.

Quod quiſq; iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur. Rub.

HOc edictum habet. ¶ Primo cõmẽdat edictũ vſq; ibi [q magiſtratum] ſecundo ponit verba edicti vſq; ibi [hęc aũt verba] tertio ipſa exponit vſq; in fi. ti. ¶ No. ex prima parte in verbo iuſta. ꝙ paria ſunt non habere cãm conferendi, uel habere non iuſtam, siľe in l. dotẽ. & in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ſo. mr̃imonio.

LEX PRIMA.

1 *Magiſtratus, qui ius iniquum contra aliquem ſtatuit, & etiam priuatus qui ſtatui facit ad ſuam vtilitatem, coguntur aduerſario poſtulante, vt eodem iure in cauſa propria vtantur.*
2 *Magiſtratus qualiter ſumatur hic, vt contra eum fiat retorquutio noui iuris ſi aliquid ſtatuerit per modum præcepti, vel l. vel ſtatuti, ſeu ſententiæ. & num. 4.*
3 *Impetrans ſtatui iniquum ius licet non dolo, nec vtatur, ſi tamen illud obtineat, quòd fiat contra eum retorquutio illius iuris.*
4 *Illud quod ſubauditur tacite in vno capitulo legis, non ſubauditur, uel cen-*
ſetur

ſetur repetitum in ſeq. capitulo etiam cõnexo, vel con[illegible] ncto, ſ[illegible] us in eo, quod dicitur expreſſe.

5 *Poteſtas ſi fecit aliquẽ decapitari pro hom ci[illegible]io, quem debebat punire ſolum in pecunia ex forma ſtatuti, ꝙ ipse in ſyndicatu debeat decapitari.*

6 *Statutum factum ab vno magiſtratu, an liget ipſum ſicut alios, & contra eum retorqueatur.*

7 *Si aliquis doctor dedit iniquum conſilium in cã alterius, an teneatur illud idem ſeruare in cauſa propria, quam haberet cum illo.*

8 *Magiſtratus perpetui ſine conſiliariis ciuitatis, & temporales cum conſiliariis, & proceribus ciuitatis poßunt facere ſtatuta perpetua, ſed temporales ſine conſiliariis poſſunt ea facere ſuper pertinentibus ad eorum officium, quouſq; eorum officium durat. & nu. 9*

9 *Ptãs conceſſit Titio ſaluum conductum, ꝙ non poſſit capi pro debitis vſq; ad quatuor menſes, inhibendo creditorib. ne contra eum aliquam nouitatem faciant, & fuit de facto ſeruatum, retorquetur contra eũ ſi habeat debitores illos creditores, & non durat vltra tempus officii ſui.*

10 *Conſilium ciuitatis non poteſt facere ſtatutum niſi ſit præſens poteſtas, vel alius magiſtratus ſi poſitus eſt a ſuperiore.*

11 *Delictũ quando committitur a pluribus, tanquam ab vniuerſitate non punitur quilibet de vniuerſitate, ſed ipſa vniuerſitas, & qualiter puniatur vniuerſitas.*

12 *Si Peruſinus fuerit interfectus Florentiæ à Florentino, an debeat Florentinus decapitari, licet ſi ipſe Florentinus fuiſſet interfectus Peruſii ab ipſo Peruſino non debuiſſet Peruſinus decapitari, ſed in pecuniaria pęna condemnari ex forma ſtatuti.*

13 *Statutum in vno loco, ꝙ forenſib. non redditur ius ſecundum formam ſtatutorum, ſed ſecundum ius commune, an retorqueatur contra ſingulos de illo populo volentes alibi litigare.*

14 *Licet quis non appellet a ſententia iniuſta, vel ſi appellat, & appellationem deſerat, vel etiam in ea ſuccũbat, poteſt tamen conuenire iudicem in ſyndicatu.*

15 *Priuilegium tibi conceßum ſi non tendit ad iniuriam alterius, vel ſi tẽdit, fuit conceſſum motu proprio concedentis, non ad tui poſtulationem & non retorquetur contra te.*

1 QVi magiſtratum †Magiſtratus, q̃ ius iniquũ ꝯ aliquẽ ſtatuit, & ẽt priuatus, qui ſtatui facit ad ſuã vtilitatẽ, cogunt̃ aduerſario poſtulante, vt eodẽ iure in cã propria vtant̃. h. d. & ſic hẽt duo capita edictũ prætoris. In primo tractat̃ de ipſo magiſtratu, q̃ eſt pſona publica & ad quẽ ptinet ſtatuere ius, ſcđo de priuato ad quem non ptinet ſtatuere, ſed ĩpetrare ab illo, vt ſtatuatur in prĩo punit̃ ipſe, ſi ſtatutũ habuit effectũ, vel hr̃e potuit, q̃a erat de ſe validũ, ſed in ſcđo caſu, qñ habuit executionẽ ẽt ſi nõ valuit, ſed de facto fuit obſeruatũ, adhuc punit̃ ſm Doc. arg. ĩ. quod vi aut clã. l. ſeruus.

2 & de noxa. l. nõ ſolũ. † & ſumit̃ magiſtratus ꝓ oĩ hñte iuriſdõnẽ, vel Imperiũ, & ſic ẽt pro populo ſi faceret aliquod ſtatutũ iniquũ in cauſis forenſium ꝯtingentib. in ſuo territorio, q̃a te

3 neret̃ vti ꝯ ſe. † In ſcđo capite punit̃ ipſe ĩpetrãs dũmodo impetratio fuerit valida, licet ea non fuerit vſus, vt ĩ. e. l. 3. poſt prin. q̃a verificatur verbũ obtinuerit. non. n. requirit ꝙ vtat̃, ſed ꝙ obtineat. ¶ In tex. ibi [noui iuris] i. iniq. ¶ In tex. ibi [ſtatuerit] ſed dolo, vt patet ĩ. l. ꝓxi. & licet hoc nõ ꝯtineat̃ in verbis ędicti, tñ ſubaudit̃ in hoc prĩo capite per illam l. ſed in ſeq. capite

4 nõ; vt hic in gl. q̃ incip. duo capita. ver. ſed nunq̃d. ¶ † Et ſic no. ſm Bal. ꝙ illud, qđ ſubaudit̃ tacite in vno ca. l. non propterea ſubaudit̃, vel cenſetur repetitum in ſeq. c. ẽt ſibi connexo. vel ꝯiuncto, ſecus in eo, qđ dr̃ expſſe in vno c. legis, vt ĩ. ad l. Aqu. l. quẽadmodũ, §. ſi. vbi Bar. plene, & in l. p̃tor. §. eritq; ĩ. vi bo. rapto. & dic ſtatuerit, vel ꝑ modũ p̃cepti, vel ꝑ modũ l. vel ſtatuti, vel ꝑ modũ ſnĩę interlocutorię, vel diffinitiuę, vt patet hic

5 in gl. mag. quę inci. ꝙ ſic, q̃ tangit oẽs iſtos modos. † Et per iſtũ tex. patet ſm Ang. ſi ptãs facit quẽ decapitari pro homicidio, quẽ tñ debebat punire ſolũ pecuniariter ex forma ſtatuti dicẽtis, ꝙ occidens forenſem puniatur in cccc. vt eſt Peruſij, ꝙ iſte ptãs in ſyndicatu debebit decapitari, nõ aũt ſoluere pęnã pecuniariã tñ, in qua debebat illũ ꝯdẽnare, immo pœnã q̃ illi impoſuit, q̃a ipſe hẽbat ſeruare ſtatutũ loci, & fecit ius ĩiquũ

6 reſpũ decapitati. ¶ † Vr̃ ẽt probari per illũ tex. intelligendo, ꝙ loquat̃ ĩ ſtatuto facto per modũ l. ꝙ ſtatutũ factũ ab vno magiſtratu, ligat ipſum magiſtratũ, ſicut ligat alios, hoc nõ eſt verũ ſm Ang. & bene, q̃a hoc nõ ꝯtingit hic rõne ligaminis ſed

a rõne retorquutionis.[a] De hoc ergo dic, vt no. in rła cui licet. in

7 merc. ¶ † Vlt. ſeq. ver. ĩducit Ang. ꝙ ſi aliquis Doctor dedit iniquũ ꝯſiliũ in cã alterius, teneat̃ illud idẽ ſeruare in cã propria q̃ hr̃et cũ illo, q̃a vel dedit dolo, & debet retorqueri ꝯ eũ, vel ꝑ ĩperitiã, & nõ põt eã allegare, vt ſ. prox. hoc vr̃ verũ ſi ꝯſiliũ habuit effectũ, vel hr̃e debuit, q̃a ferat deciſiuũ cõmiſſum ſibi ꝑ magiſtratũ, q̃ tenebat̃ illud ſeq ex forma ſtatuti, al's ĩiquũ ñ

8 videret̃, vt ĩ. proxi. §. ¶ † In gl. q̃ incip. ꝓ hoc, ibi põt. n. dic ꝙ gl. ĩ iſto ver. ponderauit verbũ ſtatuerit, qđ eſt in tex, qđ vr̃ ĩportare. ſ. ꝑ modũ l. vel ſtatuti, ſed magiſtratus tꝑales ñ vnr̃ poſſe facere ſtatuta, vt C. cõia. vel epi. l. programma. gl. tñ determinat ꝯriũ, qđ. no. ſed ſequẽs gl. mag. vr̃ huic ꝯriari, q̃a ſentit ꝙ nõ poſ

ſit ſolus, ſed cũ ꝓcerib. ciuitatis ſic, doctores dñt, ꝙ ſi eſt magiſtratus ꝑpetuus, ſine dubio p̃t, vt patet in epõ, vt ĩ c. aĩarũ. de ꝯſti. li. 6. & in c. ij. de ma. & obe. Itẽ in comitib. vt in ti. q̃ ſint regalia. in vſib. feu. & talia dñr iura p̃toria, vt no. Bar. in l. v. de verb. ob. ſi vero ſunt tꝑales, tunc ſi ſunt magni iudices, vt p̃fecti p̃torio, itẽ legatus de latere, adhuc pñt, & eorũ ꝯſtõnes ſunt perpetuę, & gñales, dũmõ non ſint ꝯ iura ſcripta, vt l. forma. de off. p̃fe. p̃to. & in c. ſi. de off. le. ſi aũt non ſunt de maiorib. tunc aut volunt ſtatuere ſuꝑ pertinentib. ad eorũ offm̃, quouſq; offm̃ durat, & pñt, vt l. cũ nauiculariorũ. C. de naui. li. xj. ideo officiales ſuper abundantia pñt facere ordinationẽ, ꝙ q̃cunq; portauerit bladũ, non teneat̃ ſoluere gabellã, & conſtituti ꝓ bono, & pacifico ſtatu pñt facere, ꝙ nullus dñs ingrediatur palatiũ, ſi hoc pertinet ad ſtatũ pacificũ, & durabit ordinatio quouſq; eorũ offm̃ durat, vt l. j. ĩ. de pę. Statutũ vero ꝑpetuũ, vel ſuꝑ nõ ꝑtinentib. ad ſuũ offm̃ non pñt facere ſoli, ſed cũ procerib. ciuitatis, & ꝯſiliarijs, vt in gl. ſeq. & vide ꝑ Bar. in l. oẽs ppłi. de iu

9 ſti. & iu. ¶ † In gl. ſeq. q̃ inc. qđ ſi, ibi [& eſt exẽplũ ne Titius &c. declara, vt ſi ptãs ꝯceſſit Titio ſaluũ conductũ, ꝙ nõ poſſit capi ꝓ debitis vſq; ad quatuor mẽſes, & inhibuit creditorib. ne facerent ꝯ eũ aliq̃ nouitatẽ, non potuit hoc de iure facere, ſed ſi fuerit ſeruatũ de facto retorquet̃ ꝯ eum ſi hẽt debitores illos eoſdẽ creditores, & pro ſuis debitorib. & nõ durat vltra tꝑs ſui officij. ¶ In gl. ibi [habito tractatu oĩum procerũ] i. cõſiliariorũ, q̃ repñtant totũ ppłm. ¶ Et ſic no. ex iſta gl. ꝙ ptãs, & ma

10 giſtratus tꝑalis ſolus non põt legẽ facere, qđ dic, vt dixi. ¶ † Itẽ, ꝙ ꝯſiliũ ciuitatis ñ põt facere ſtatutũ, niſi ſit pñs ptãs, vel alius magiſtratus: hoc intellige, qñ ille magiſtratus erat poſitus a ſuperiore, ſecus ſi ab ipſa cõitate, q̃a tunc cõitas eſt ſuꝑior, vnde

11 nõ indiget authoritate inferioris, vt dixi in l. oẽs ppłi. ¶ † In gl. ibi. Rñdeo licet ppłs faciat. no. iſtã gl. ꝙ qñ delictum cõmittit̃

b a plurib. tanq̃ ab vniuerſitate[b] non punit̃ q̃libet de vniuerſitate, ſed ipſa vniuerſitas, q̃ pſonã repñtat. q̃a tũc plures loco vniꝰ hñr. Et qualr̃ puniat̃ vniuerſitas, vide Bart. in l. aut facta. §. ſi. ĩ.

12 de pę. ¶ † Per iſtã ẽt gl. dicit An. ꝙ ſi Peruſinus fuerit interfectus Florentię à Florentino, dẽt Florentinus decapitari, licet ſi ipſe Florentinus fuiſſet interfectus Peruſij ab ipſo Peruſino, non debuiſſet Peruſinus decapitari, ſed ſolũ ꝯdẽnari in pęna pecuniaria ſm ſtatuta illius loci, q̃a non debet retorqueri cõtra ſin

c gulos de populo. Mihi vr̃[c] cõtrariũ, nã ſi eſt talis pęna, q̃ poſſit cadere in ppło tanq̃ in ppło, vt in terminis huius gl. qñ ppłus ſtatuit, ꝙ creditores nõ poſſint cõuenire ſuos debitores intra certum tꝑs, nã ppłus põt hr̃e ẽt ſuos debitores, q̃ poterunt vti hoc eodẽ iure contra ppłm, vñ nõ expedit, ꝙ vtant̃ contra ſingulos de ppło, ſed qñ ſtatuit, ꝙ decapitandus nõ decapitaret̃, ſed ꝯdẽnet̃ ſolum in tãta pecunia, non põt iſtud retorqueri ꝯ ppłm, q̃ nõ põt decapitari, & ideo retorqueret̃ cõtra ſingulos de populo, q̃ patiunt̃ iſtud ſtatutũ vigere. arg. opt. ĩ c. ſnĩam. de ſen. exc. li. 6. vbi illa, q̃ nõ cadunt in vniuerſitatẽ producuntur

13 ad ſingulos de ppło ne delictum ſit ĩpunitum. † Quid ergo ſi ĩ loco ſit ſtatutum, ꝙ forenſib. non reddatur ius ſm formã ſtatutorum, ſed ſm ius cõe ad hoc, vt forẽſes fatigent̃ litib. & expẽſis, an ſingulis de illo ppło volentib. alibi litigare, idẽ obſeruari dẽat dic, ꝙ non per iſtã gl. tñ iniquum vr̃, q̃a ſic eſſet deluſorium hoc edictum, raro. n. contingeret ꝙ ipſe ppłs hr̃et cãm pecuniariã in alio loco, vñ puto ꝙ de facto ſeruaretur iſte tit. & conſueuerunt eſſe ſtatuta, ꝙ illud ius reddat̃ forenſib. in ciuitate, puta Bon. qđ reddit̃ Bononienſib. in ciuitatib. vel locis illorum, & ita vidi ſtatutum Bononiæ, qđ fundat̃ in iſto tit. & emanauit ad tollẽdum dubium, qđ poſſet reſultare ex hac gl. ¶ In gl. ibi tu dic contra, q̃a cã ſubeſſe potuit, certe ẽt ſi nulla fuit nã magiſtratus fuit in dolo, & nõ appellans fuit in culpa,

14 & dolus p̃ponderat culpæ. l. itẽ ſi obſtetrix. in ſi. ad l. Aquil. † Et ſic no. ꝙ licet q̃s nõ appellet a ſnĩa iniuſta, tñ p̃t conuenire, iudicẽ in ſyndicatu, & idẽ ſi ẽt appellat, & appłonẽ deſerat, vel ẽt in ea ſuccumbat, vt no. Inn. ĩ c. ſępe. de ap. & in c. paſtoralis.

15 de reſcr. & plene per Bar. in diſput. q̃ inc. a ſnĩa iudicis. ¶ † In gl. q̃ inci. immo ibi &c. ſed diſtingue, & dic plenius, ꝙ leges ſ. alle. locum hñt, qñ priuilegium tibi conceſſum non tẽderet in iniuriã alterius, uel ſi tendit fuit conceſſum proprio motu cõcedentis, non ad tui poſtulationem, & tunc non debet redundare in tui odium, nec contra te retorq̃ri: ut illis ll. qñ ãt in alteriꝰ iniuriã, & ad tui poſtulationẽ, non hñt locum illæ leges, q̃a p̃t contra te redundare per retorquutionẽ, q̃ fiat ex hoc edicto.

ADDITIONES.

a ¶ Retorquutiones. Vide per do. Paridem de Put. in ſuo tract. de ſynd. off. an aũt impetrans reſcriptum, vt aduerſarius teneatur perſonaliter reſpondere, debeat retorquutio fieri, vt & ipſe ſimiliter compareat. vide per Do. de Rota de proc. temporali, late per Bar. in l. omnes populi. ſup. de iuſt. & iu.

b ¶ Vniuerſitate. Qualiter poſſit puniri vniuerſitas, vide per Anc. conſi. 144

c ¶ Mihi videtur. Hæc opi. nõ recipitur ab Ale. nec a Iaſ. iurib. de quib. hic per eos.

1 *Statutum ſi non habet effectum iniqui iuris, non fiet retorquutio.*

2 *Verba debent intelligi cum effectu.*

Verbum præteriti temporis ſignificat rem perfectam.

Solus

Solus conatus quando puniatur, ac ſic delictum eſſet conſummatum.
2 *Sententia quando eſt nulla, iudex non facit litem ſuam, nec poteſt conueniri tempore ſyndicatus.*

1 §.**Hæc autem verba.** †Si non hẽt effectum ſtatutũ iniq iuris, nõ
fiet retorquutio ꝑ hoc edictũ.h.d.& ĩ hoc.§.& in l.ſeq.exponit
primũ caput edicti.quod loquiẽ de magiſtratu in l.vero.3. ẽm
2 caput.¶†No.ꝙ verba debent intelligi cũ effectu, & ad hoc ſꝑ
a allegaẽ.Item ꝙ uerbũ p̃teriti tp̄is ſignat rem perfectã, [a] facit l.
ſi id quod.§.quod ſi.ſ.ti.j. & uide oĩno quod notaẽ in rl'a ĩ pę
nis.de reg.iu.ꝙ in pęnã non incurrit niſi delictũ fuerit ꝑfectũ,
& hoc eſt rl'are, aliqñ tñ ſufficit ſolus conatus, vt l.ſi qs cum te
lo.C.ad l.Cor.de ſica. & l.ſi quis non dicã rapere.de epi. & cle.
dicit tñ Spe.in ti.de accu.§.j.uer. quid ſi primo. ꝙ oĩb.legib.di-
centib.puniri conatum, ac ſi delictum eſſet ꝯſummatum, dero
gatũ eſt per gñalem ꝯſuetudinem, tene menti perpetuo hoc
dictum. Fallit in crĩe læſæ mai.vt l.q ſqs.C.ad l.Iul.mai.& idem
in crĩe patriæ oppugnatæ ẽm Ang.ibi, vbi ſufficit ſolus cona-
b tus, [b] licet iniuria non habeat effectum, vt ſi aliqs faceret tra-
3 ctatũ ꝯ ſtatum ciuitatis. ¶†Item no. bonũ arg.ẽm Ang.ꝙ qñ
c ſñĩa eſt nulla, [c] iudex non facit litem ſuam, nec p̃õt conueniri
tempore ſyndicatus, de quo in l.fi.ĵ.de var.cog.

ADDITIONES.

a ¶Perfectam. Adde quod voluit Lud.Ro.conſi.333.vbi ponit, ꝙ conſtitutio con ſilij concedens certas prærogatiuas eis, qui laborauerunt per annum in conſilio, debet intelligi de his qui laborauerunt tanquam poſt.
b ¶ Conatus. Adde Ale.conſi.45.& conſi.232.
c ¶ Nulla. Multa poſſunt adduci, quæ no.in l.4.§.condemnatum.de re iud.& vide aliqua per d. Iaſ.hic, &c.

LEX II.

1 *Magiſtratus, qui propter imperitiam aſſeſſoris ſtatuit ius iniquum, an ipſe, vel aſſeſſor incidat in edictum de quo hic.*
2 *Caput familiæ regulariter tenetur pro familia, ſed non eſt ſufficiens cauſa ad faciendum ipſum incidere in hoc edictum.*
3 *Dolus iudicis an reddat ſententiam, vel legem ab eo factam nullam, & quid ſi lata ſit per gratiam, vel inimicitiam iudicis.*
4 *Propter duritiam, vel dolum legiſlatoris non redditur lex nulla, ſed poteſt iniquitas retorqueri contra eum.*
5 *Imperitia dolum excludit.*
Aſſeſſor, vel artifex præſumitur aſſerere ſe peritum in arte ſua, & quòd magiſtratus propter imperitiam aſſeſſoris faciat litem ſuam.& num.1.
6 *Aſſertio temeraria facit quem teneri, ac ſi eſſet in dolo.*
Teſtis ſi temerarie aſſerat, quòd quis nulla bona habet, & interrogatus quomodo ſcit, reſpondeat, quia non poſſet habere quin ſcirem, ſi reperiatur contrarium, poteſt puniri de falſo, non tamen hoc ſufficit, vt corporaliter puniatur.
7 *Magiſtratus quantuncunque imperitus literarum facit litem ſuam ſi facit iniuſtitiam.*
Quid in menſore electo a partibus.
Quid in arbitris, vel in conſultore electis a partibus.

1 **Hoc edicto dolus.** ¶†Magiſtratus, q ꝑꝑ imperitiam aſ-
ſeſſoris ſtatuit ius iniquum, non incidit in hoc
edictũ, q̃a non eſt in dolo, ſed aſſeſſor ſic, licet nõ
ſit in dolo, q̃a ſaltẽ eſt in lata culpa, quæ dolo æquiparatur. h.
d. Si ergo magiſtratus eſſet in lata culpa, & idem dicerẽ in eo,
vt ſi d'ret tenere aſſeſſorẽ, & non tenebat, & ſic fecit de capite
ſuo. Qñ aũt tenebat, tunc non eſt in dolo, nec in lata culpa, li-
cet poſſit dici in leui, q̃a vtiẽ opera imperiti.& iſta leuis culpa
bene ſufficit, ut ipſe faciat litẽ ſuã, & teneat parti ad intereſſe,
q̃a hęc non eſt merè pœna, & iõ facilius incurriẽ. & ita intel-
lige gl.in fi. & probaẽ in Auth.de iud.§.neceſſitatem, & ibi eſt
bona gl.& in Auth.de q̃ſto.§.maxime.& de collato.§.iubem⁹.
2 & Inſt.de obl.q̃ ex quaſi del.§.fi.†& ẽ rl'are, ꝙ caput familię te-
neẽ pro familia, ut ĵ.furt. aduer.nau.l.j. ſed non eſt ſufficiẽs cã
ad faciendum ipſum incidere in hoc edictũ, q̃a iſta eſt merè
pœna, tñ cõpetet ẽt ei, q non eſt lęſus, ſi tñ lædi potuit, vt in l.
2 ſed ſolum reſpũ rei, † & illud dr̃ merum, quod eſt abſtractum, ab oĩ compoſitione, vt dixi in l. imperium. ne igir̃ iſta dicta ɔ̃rientur adinuicem dñs Azo. intellexit primum dictum in una actione, & ſcd̃m in altera, licet ſit magna violentia literæ, quia tota vr̃ loqui in una, & eadẽ actione dum loquitur continuati
3 ue, tñ doc. iſtam lect. Azo ſequũtur. Primum † ẽt dictum vr̃ cõtinere ɔ̃ria in ſeipſo, quia dicit q̃ non datur ad intereſſe, ſed dar̃ quanti ea res eſt, certe. i. dicere quanti ea res eſt, & intereſſe, ut l. inter illa verba. de ver. ſig. pp hoc gl. j. magna exponit tex. trib. modis, & vult in effectu, q̃ in iſto tex. non ſit idem dicere, ſicut nec alibi. ſ. ne quis eum. l. pe. §. j. & quid ſit unum, & quid ſit aliud, gl. exponit trib. modis. Primo ergo exponitur, vt non der̃ ad intereſſe totale. i. ad ęſtimationem totius litis, quia ſi hoc eſſet, ſequeretur, q̃ ſi peterem a te mille, & eſſes contumax in cõparendo ad rñdendũ libello, poſito q̃ adhuc non ɔ̃ſtaret de iure meo, iſta ſola contumacia ſufficeret ad ɔdẽnationẽ tuã abſque eo, q̃ aliter ꝓbarẽ, q̃a pp eã acquiro actionem ad totã ęſtimationem, qđ eſſet iniquũ, ſed bñ dar̃ quanti ea res eſt. ſ. ad particulare intereſſe expenſarũ, & aliorũ dãnorũ, q̃ paſſus ſum pp
4 ɔtumaciã, & iſtam tenent glo. & doc. ¶ † Ex qua no. q̃ non hẽo neceſſe expectare finem litis, vt ɔdemneris in p̃dictis, ſed ſtatim agere poſſũ. Item q̃ licet in expenſis, q̃ veniunt in fi. litis rõne victoriæ non habeatur conſideratio damnorum ɔtingentium, ſđ ſolum expenſarum factarum in lite, vt no. gl. in l. i. de ali. iud. in prin. ſecus tñ eſt in expenſis, q̃ veniunt rõne contumaciæ, vt in hoc tex. cum gl. & in l. non ignorat. C. de fruc. & li. expen. & per
5 Bar. ĩ d. l. j. de alie. iud. & no. in l. ſancimus. C. de iud. ¶ † Item no. q̃ non ſolum competit officium iud. mercenarium, ut fiat condemnatio in talib. ſed ẽt actio in factũ, quod alibi non hr̃ q̃ hic, & ad quid ſit utilior actio q̃ officium iudicis, vide glo. in l. non
6 ſolum. in vlt. gl. ſ. de rei ven. in fi. & l. ſi mulier. §. j. de le. iij. † Secũdo modo intellr̃, vt loquatur de ĩtereſſe totali, quod eſt duplex quodam ſingulare, quod concernit perſonam agentis dũtaxat, quodam cõe, quod cõcernit ꝑſonam oĩum, ut ſi petebam rẽ, quæ valebat cõiter viginti, ſed mihi erat cara xxx. iſta xxx. ſunt ĩtereſſe ſingulare, certe hoc non uenit, ſed bene venit intereſſe commune, & ſic quanti ea res, & communiter ęſtimaretur, gl. reprehendit dicens iſtam expõnem eſſe fatuam, & hoc p id qđ dixi. ſ. quia ſequeretur, q̃ antequàm conſtaret de iure meo propter tuam contumaciam, eſſet fundata mea intẽtio, & dr̃es cõdemnari, qđ eſſet iniquum: ſed certe non vr̃ iniquum per l. cũ q̃rebar̃. iud. ſolui. Sol. ibi, qñ p̃ceſſit ſtipl'o de iudicato ſoluendo, q̃ continet clam de defendendo, nam ſi promiſſor nõ defendit, pp p̃cedentem obl'onem, committitur ſtipl'o ad ęſtimationem totius litis cum effectu, ſic fundar̃ intentio actoris, hic debet intelligi qñ non præceſſerat talis ſtipl'o ſcd̃m Bald. Tertio modo exponitur, aut non loquatur de intereſſe totali, vel particulari, nec de ſingulari, vel cõi, ſed de ſola mulcta, & expone, ut in gl. & licet doc. iſtam non teneant, tñ magis vr̃ congrua lrę, ut ſic totus tex. loquatur de una actione. ſ. quæ datur fiſco ad petendã mulctam in qua facta eſt condemnatio, uerum eſt ergo dicere, q̃ nõ datur ad id qđ intereſt, quia fiſcus non pretendit intereſſe, ſed ad quantitatem in ſñia comprehenſam, & tunc bene ſequitur, q̃ eſt mere pœna, & non datur poſt annum. De illa. n. quę dar̃ parti, nulla facta eſt mentio in ſuperiorib. & tex. dum dicit, ſed quãti ea res eſt, adhuc põt alr̃ exponi. i. prout exigit qualitas ipſius cõ-
7 tumaciæ Paul. ¶ † Vlt. gl. ſequentem in fin. ibi dum dicit, quia ex delicto, &c. q̃ contumacia dr̃ delictum, ideo condemnatus ex ɔtumacia dr̃ ɔdemnatus ex delicto, & poſſet offendi ex forma ſtatuti de bannito pp delictũ, facit l. cõtumacia. ſ. de re iud. & iſta actio quæ datur pro mulcta non põt intẽtari niſi per procuratorem fiſcalem, ita uolunt iſtæ gl. ſed accuſatio prodita ſuper pęna pecuniaria applicanda fiſco, poſſet per quemlibet de populo intentari, etiam in priuatis criminib. ut ĩ l. fi. ſ. de priu a. del. & ſuper rub. de pop. actio.

De in ius vocando. *Rub.*

1 *Citatio prima, quòd dicatur pars iudicii, & ſic de proceſſu.*
2 *Statuto diſponente, quòd appellans intra tot dies poſt appellationem, debeat procedere in cauſa, aliàs habetur appellatio pro deſerta, quòd ſufficiat quẽ feciſſe partem citari.*

1 ¶ † Super gl. rub. ibi, & [ab ea parte iudicium incipiat, &c.] Not. ergo, q̃ prima citatio dr̃ pars iudicii, & per ɔ̃ñs de proceſſu, ſed quidam dñt, q̃ dr̃ extraiudicialis, & q̃ non eſt pars iudicii, nec
2 proceſſus, de hoc uide per gl. in cle. i. de iu. in ii. gl. quod facit † ſi ſtatutum dicat, q̃ appellãs intra tot dies poſt appellationem debeat procedere in cauſa, aliàs habetur appellatio pro deſerta, q̃ ſufficiat quem feciſſe partem citari, ut dicatur proceſſiſſe.

LEX PRIMA.

1 *An omnis uocatus coram iudice, dicatur in ius uocatus.*
2 *Citatus ſi non comparet, tunc ille qui citari fecit non punitur tãquam fecerit in ius uocari.*
3 *Si reperio aduerſarium meum coram iudice ex alia cauſa, & uelim ei dare libellum, an poſſit cogi illum recipere ſine alia citatione.*
4 *Sententia ſi lata eſt parte præſente, an præſumatur pars citata remiſſ.*

1 IN ius vocare. ¶ † No. q̃ non oĩs uocat⁹ coram iudice dicitur in ius uocatus, ſed ſolum ille, qui uocatus eſt ad inſtantiam al-
2 terius uolentis ſecum litigare. ¶ † In gl. ibi [hoc tñ] intelligunt quidam ſi reus ueniat, & rñdeat, dic q̃ iſti mouebar̃ ad hoc dicendum per l. quamuis. ſ. co. ubi ſi citatus non comparet, ille qui fecit citari non punitur tanquam fecerit ipſum in i⁹ uocari. Sed reſponde, ut in gl. quia non ſequitur propterea q̃ nõ ſit uocatus in ius, licet pp hanc uocationem pœna cum effectu non incurratur, quia uocatus non fuit læſus, ex quo non com-
3 paruit, ideo de benignitate pœna remittitur. ¶ † Sed quæritur hic, ſi reperio aduerſarium meum coram iudice ex alia cauſa, uolo ſibi dare libellum, ipſe non uult recipere, ſed dicit, facias me citari, quia iudicium incipere debet a citatione, poſſit compelli accipere? Spe. vr̃ tenere q̃ ſic in tit. de li. concep. §. ſequitur. uer. item dicunt quidam. dummodo reſeruetur facultas propo-
a nendi exceptiones dilatorias, quia citatio [a] non fit niſi ut quis compareat, poſtquam ergo reperitur præſens ſuperflua eſſet, & ſic poterit iudex ipſum ex tunc monere, ſicut in ſimili habetur in l. hæredes palam. §. fin. de teſt. quando teſtes uenerant ob aliam cauſam, quia poſſunt rogari, ut ſint præſentes teſtamento. Gul. & Bart. tenent contrarium hic, q̃ ſi vult recipere poteſt, ſed inuitus non compellitur, & idem Bal. in l. cum fratrem. in fi. C. de his quibus, ut indig. & Arch. in c. j. v. q. ii. dicit tamen idem in c. propoſuiſti. lxxii. diſtinctio. q̃ ille qui reperitur pręſens, præſumitur fuiſſe citatus, uide de iſta q. in c. fin. de elect. lib. vj. in nouel
4 la. † quid autem in ſententia ſi lata eſt parte præſente, non tamẽ conſtat q̃ fuerit citata, an præſumetur citata, & ualeat? uide Bal. notabiliter in l. i. poſt princ. C. de ſent.

ADDITIO.

a ¶ Citatio. Limita niſi citatio fieret ad alium finem, quàm ad effectum ſimplicis citationis, quia tunc non poteſt cogi niſi prius citetur, vt voluit Bald. in l. cum fratrem. C. de his qui. vt indig. an autem præſens præſumatur citatus, vide Fran. de Are. conſi. 30.

LEX II.

1 *Quòd in hac lege multi ponantur, qui non poſſunt in ius uocari.*
2 *Coertio, & etiam carceratio eſt de imperio.*
3 *Sacerdos ſi citatur ut compareat cras in tertiis, quando habet dicere miſſam populo, citatio ipſum non arctat etiam coram epiſcopo, & ſi non comparet non poteſt ut contumax puniri.*
4 *Religioſi debent citari coram præpoſitis, & prioribus.*
Præco dum uadit per ciuitatem faciendo banna, quòd non poſsit capi pro debitis.
6 *In dieb. in quib. quis eſt occupatus in nuptiis, quia ducit uxorem, uel occupatus ſit in funere, non compellitur coram iud. comparere ad litigandum.*

6 *Occupatus coram vno iudice non compellitur comparere coram alio.*
Proceſſus agitatus contra carceratum, non valet ſi iudex ſciebat, alias va let ſed reſtituitur in integrum, & quid si poſſit mittere procuratorem.
7 *Citatio facta de infante non valet, etiam si fiat, vt compareat legitime, ſed de maiore infante valet si fiat ut legitime compareat.*

1 IN ius vocari non. ¶†Hic ponūt̃ mul
ti, qui nullo modo
pñt in ius vocari de iure ciuili vſq; ad l.quiq; litigā
di.§.p̄tor.ibi de quibuſdam, qui nō pñt in ius voca
ri ſine venia de iure p̄torio, & non ciuili, no.iſtos tex. q̄a ſicut
2 iacent, ita practicant̃ ſm Bar.¶†Itē no.in prin. dū dicit, & co-
ercere aliquē pñt, & iubere in carcerem duci, ꝙ coertio, & ēt
3 carceratio eſt de imperio, vt patet ex tex.p̄cedenti.¶†Itē no.in
verſ. nec poteſt eſſe, ꝙ ſi citatur ſacerdos ut compareat cras in
tertiis, qñ hēt dicere miſſam populo ſuo, citatio ip̄m non ar-
ctat ēt corā ep̄o, & ſi non cōparet non pōt puniri vt ꝯtumax.
4 ¶†Item no.in ver.nec eos, ꝙ religioſi nō pñt citari, ſed debēt ci
tari corā p̄po ſitis, & priorib.vt ī gl.Itē in ver.ſed nec.dicit Bart.
ꝑ hunc tex.feciſſe relaxari quendā p̄conē, q̄ cum iret ꝑ ciuita-
5 tē faciendo banna fuit captus pro debitis.¶† Itē no.in ver.pre
terea.ꝙ illis dieb.q̄b.q̄s eſt occupatus ī nuptiis, q̄a ducit vxorē
non ꝯpellit̃ corā iudice ꝯparere ad litigandū, & eodē mō q̄ eſt
6 occupat⁹ in funere, ut in l.fi.¶†In uer.nec eūdē.no.ꝙ ille q̄ eſt
occupatus corā uno iudice, non cōpellit̃ ꝯparere corā alio.
Eodem modo vr̃, ſi quis eſt in carcerib.ut non poſſit compare
re, & ſi ꝓceſſus agitat̃ ꝯ eū, non ualet, ſi iudex ſciebat, ut l. q̄ſi-
tū.de reg.iur.ſi ignorabat ualet, tñ reſtituit̃ ī integ.ex cl̃a gña
li, ita no Bal.in l.ii.C.qui. ex cau.ma.& Bar.ēt tangit hic, ꝙ nō
valet citatio, ſed idem Bar.vr̃ determinare ꝯtrium ī l. is qui re⁹.
circa fi.ſ̃.de pu.iud.dicens, ꝙ ſibi imputatur, quare non mittit
a ꝓcuratorē.[a] Ego uidi de hoc dubitari Florētiæ, ubi multoties
ꝓcedit̃ ꝯ eos, q̄ ſunt in carcere cōi ꝓ debitis, & allegabant̃ iſta
dicta ꝓ, & ꝯ.ſed hic iſto caſu locū hr̃e dictū Bar.pp̄ duo.ſ.ꝙ iu
ſte ī carcerib. detinent̃, & q̄a hēt facultatem mittendi ꝓcura
torē cū ibi ſit copia ꝓcuratorū, & aduocatorū: altero iſtorū
deficiente locum hēbit q̄d hic not.Bar. vt non ualeat proceſ-
ſus ſi iudex ſciat, vel reſtituatur in integ.ſi ignorat.¶†Vlt.not.
7 in l.quinque.in prin.in uerb.infantes.cum gl.ſua. ꝙ non valet
citatio facta de infante ēt ſi fiat, ut compareat ltīme, ſed d̄ ma
iore infante bene valet, ſi fiat illo mō, & hoc ēt tenet Bart.in l.
j.§.ſuſſicit.de adm.tu. de quo ēt uidi plures dubitare, & quoſdā
dicere, ꝙ debet citari ipſe tutor, ſed hic eſt gl.in contrarium.

ADDITIO.

a ¶ Procuratorem. An citari poſsit carceratus, vide per eundem Pau.conſ.42. Are. conſ.132. Ang. conſ.66.

LEX IIII.

1 *Tria genera perſonarum, quæ in ius vocari non poſſunt sine venia.*
2 *Parentum appellatio quos comprehendat.*
3 *Filii appellatione an comprehendatur naturalis.*
Verbum parentes, latius eſt, quàm verbum pater.

OVique litigandi.
§.Prætor ait parentem.

1 ¶†No.tria gña ꝑſonarū, q̄ ñ pñt vocari in ius ſine venia. ſ. pa-
rentes:& hoc ē primū.Itē p̄ronus, & p̄rona, & hoc eſt ſcdm.
a Itē liberi, & ēt parentes p̄roni, vel p̄ronæ, hoc eſt tertium,[a] q̄
n.vult facere tales uocari, dēt hoc primo notificare iudici, &
iudex debet explorare ab eo quā litem vult illi mouere, & ſi
ꝑpendat ꝙ litē famoſam, non cōmittat citationē, non ſic in a-
liis, q̄a non hēt iudex perq̄rere quā actionē uelit intētare, ſed
2 ſtatim cū petitur dēt cōmittere citationē.¶†Itē nō.verbū pa-
rentes, eſſe gñale triplici reſpū.Primo, q̄a ꝯprehendit non ſolū
p̄rem, ſed ēt mr̃em.Item ꝯprehēdit non ſolū primos, ſed ēt vl-
teriores vſq; in infinitū.Itē cōprehendit nō ſolū ltīmos, & na
turales, ſed ēt nāles tantum, & ltīmos tm̃, ut hr̃ ex l.p̄ris.cum l.
3 ſe.†An aūt app̄lone p̄ris ꝯtineatur auus? & an app̄lone filii cō
prehēdat̃ naturalis? diſtingue an ſimus in materia fauorabili,
& cōprehendit̃, an odioſa, tūc ſecus, ut ſ̃.de ritu nupt.l. lege Iu
lia.§.hoc capite.& no.in l.liberorum.de ver.ſig.verbum. n. pa-
rentes, latius eſt, q̄ verbum pr̃. Item diſtinguitur an in materia
naturali.i.in qua ꝯſiderat̃ potius ius naturale, q̄ ius poſitiuū, &
tūc appellatione filiorum continent̃ ēt naturales tm̃, ut ſ̃.d̄ ri
tu nup.l.adoptiuus.§.j.& de accu.l.hos accuſare.§. an conſide-
retur. potius ius poſitiuum, & tunc ſecus, ut in d.§.hoc capite,
& uide quod no.Bal.in l.tutelas.ſ̃.de capi.dimi.

ADDITIO.

a ¶ Tertium. Sed an monachus poſsit in ius vocare abbatem ſine venia Io. And.in tit.de inquiſi.in add.ad Spe.§.fi.tenet ꝙ ſic, ſequitur Lu.Ro.ſing.ſuis.fol.16. quid autem ſi priuatus velit fiſcum conuenire, an habeat neceſſe petere veniam a prīcipe.glo. eſt ꝙ ſic in l.bñ a Zenone. C.de quadr. preſcr.hoc a nobis non habes, cum autem petatur venia, an requiratur citari? vide per Fran.de Aret.cōſ.148.

LEX VIII.

1 *Filius in poteſtate, quando patrem poſſit conuenire sine uenia.*
2 *Filius adoptiuus adoptione finita poteſt patrem adoptiuum in ius voca re sine venia, et an hodie etiam durante adoptione cum non ſit in eius po ſtate. & nu.3.*
3 *Adoptiuus nō ſolum quo ad ius ſuccedendi, ſed etiam quo ad alia reputatur filius.*

1 ADoptiuum patrē. ¶† Filius in p̄tāte
non poteſt ꝯueni
re p̄rem ēt ſi adoptiuus ſit, & ēt cum venia, niſi ꝓ
caſtrenſi peculio.Item filius emancipatus patrem
naturalē et exiſtentē in aliena familia non pōt in ius uocare
ſine venia.h.d.Primum dictum fallit in trib.caſib. qui no.ꝑ gl.
in l.is nulla.ſ̃.de iud.Edictū ergo prætoris, q̄d permittit in ius
uocari parentes cū venia, dēt ēt intelligi de illis parentib.ī quo
rū p̄tāte quis non eſt, ut quia erat emancipatus, ſiue ēt ſint pa-
2 rentes ex latere mr̃no. Itē in p̄re adoptiuo non hēt locū edi-
ctū prætoris, niſi durante adoptione, & in caſtrenſi peculio, nā
ea finita pōt in ius vocare ēt ſine uenia, ipſa uero durante in a-
3 lio q̄ caſtrenſi peculio nō p̄t ēt cū uenia.¶† In gl.q̄ inci.in co
n.ibi[an eū ſine uenia uocabit]ſupple ex̃ caſtrenſe peculium,
q̄a hodie cū non ſit in p̄tāte, eū uocare poteſt in ius indiſtīcte,
ſed dubiū eſt an teneatur veniam impetrare? & facit dubium il
lud q̄d dr̃ in fi.gl. q̄a lex dicit, ꝙ adoptio hr̃ ꝓ non facta p̄terq̄
quo ad ius ſuccedendi: ergo talis hr̃ pro filio. tñ gl.ſentit cōtra-
rium, & idē Iac.But.de quo ēt ſ̃.de ſena. l. ſenatoris filium.ubi
gl.ſentit idem; & hoc tene menti, q̄a non ſolum quo ad i⁹ ſuc
cedendi, ſed ēt quo ad alia reputatur filius, & ꝙ dr̃ quod hr̃ pro
non facta dēt reſtringi q̄tum ad hoc, vt tranſeat in eius p̄tāte,
non quo ad alia, q̄a ſi ſtatutū loqueretur de filio ltīmo, com-
a prehenderetur adoptiuus,[a] quia eſt ltīmus, licet non ſit in p̄tā-
te, ēt q̄tum ad alios effectus q̄ ſucceſſionis, ſi tñ non haberem⁹
iſtas gl.ille tex.quem gl.alleg. faceret dubium, ꝙ non compre-
henderetur, niſi ſtatutum diſponeret de actu ſucceſſionis.

ADDITIO.

a ¶ Adoptiuus. Sed ſtante ſtatuto, ꝙ exiſtentibus filiis maſculis fœminæ non ſuccedant, ſtatutum non comprehendit filium arrogatum, ſcd̃m Io.de Are.conſ.27.

1 *Ille dicitur patronus, qui dedit liberto ſuo libertatem, etiam ſi ex cauſa neceſſaria.*
2 *Priuilegia quæ dantur ueris ciuib.dantur etiam illis qui habentur pro ciui bus licet non ſint, & quando non detur.*
3 *Delictū patris non nocet filio in his, quæ filius non hēt a patre, ſed a lege.*
Si patronus compulit libertum ad iurandum ne ducat vxorem, qualiter ta lis actus puniatur.
4 *Filius propter delictum patris, quando non priuetur feudo.*
5 *Filius quid in dignitate remiſſiue.*
Dominus ſi frangit fidem vaſallo, an debeat priuari directo dominio, ſicut contra vaſallus priuatur utili.
6 *Si uendo tibi rē cum pacto ne aliud facias ſuper ipſa re, & ſi feceris quòd ad me reuertatur, ſi poſtea ad me reuertatur, ego nō debeo illud facere.*
Statuto epiſcopi si excōicantur ludentes, si ep̄s ludat, an sit excōicatus.
7 *Si ſtatutum alicuius caſtri imponat pœnam damnum dantib.applicandam domino illius caſtri, & dominus ſententiat in damno quod datur, non debet sibi pœna applicari, ſed illi domino cui damnum datum eſt.*
8 *Si uendo tibi fundum pacto apposito, quòd quolibet anno vſque in perpetuum des cuidā hoſpitali decem, & niſi dederis quòd ad me reuertatur, & fuit ad me reuerſum, quia non feciſti an ego illi hoſpitali debeo dare.*
An ex hoc pacto acquiratur illi hoſpitali actio.

1 §.Patronū inquit. ¶† Ille dr̃ p̄ronus, qui dedit
liberto ſuo libertatē, etiam ſi
ex cā neceſſaria, itē ēt interdū ille qui non dedit, ſed tm̃ ex ali-
qua iuſta cā hr̃ pro dante, & iſtis debet̃ reuerentia, vt non poſ
ſint in ius vocari ſine uenia, q̄ uero iuſp̄ronatus perdidit ſuo fa
cto, uel culpa pro p̄rono nō hr̃, nec debetur ſibi reuerentia.h.
dicit uſq; ad l.ſed ſi hac. §.p̄ronum.& primo loquit̃ de eo q̄ eſt
uere p̄ronus, quia ſeruum ſuū manumiſit uſq; ibi[uel ſic]& cir
ca hunc caſum p̄t occurrere dubium, q̄d ſi hoc fecit ex neceſſi-
tate, quia fuit grauatus ex cā fideicommiſ.de hoc faciendo? &
uidebat̃, ꝙ tunc ſibi non dr̃etur reuerentia, q̄a non exercuit eā
libertatem in eū ex ſua munificentia, contrarium tñ determi-
natur in l.is quoq;.quā ꝯiunge cū iſto.§.¶ In ver.uero, uel ſi lo
queretur de eo q̄ non eſt uere p̄ronus, ſed hr̃ pro p̄rono, quia
ꝓ manumiſſore hr̃, & ponit tria exempla vſq; ibi quemadmo-
dū, & cum iſta parte iunge l.ſed ſi hac, ubi ponitur exemplum.
Tertio ī uer. quēadmodū loquit̃ de eo q̄ fuit p̄ron⁹, tñ nūc nō
hr̃, q̄a perdidit ius patr. & ponit duo exempla vſq; in fi.& cum
hac parte iunge l. ſed ſi hac.in uer.ſed ſi de ſuis.in prin.& ī ver.
2 ꝯſtituta.ī uer.ſed ſi vēditor.ubi ponūtur alia tria exēp.¶† No.
in uer.uel ꝯclone ſm Ang.Are.ꝙ priuilegia q̄ dantur veris ci-
uib.dant̃ ēt illis, q̄ hñr ꝓ ciuib.licet non ſint ſi ꝯtinent honeſta
tē nec ſunt ꝯ ius, facit l.cum ex oratione.de exc.tu.ſecus ſi eēnt
ꝯ ius, vl̃ tenderent in p̄iudiciū alterius, q̄a aliud eſt eē ciuem, &
aliud haberi pro ciue, ut no.in l.ſi maritus. §.lege Iul.ſ̃.de adul.
3 ¶†Itē no.tex.in fi. ꝙ delictū p̄ris non nocet filio in his q̄ fili⁹ ñ
habet a patre, ſed a lege, nam filius patroni habet hoc ab edi-
cto p̄toris, ꝙ non poſſit in ius vocari ſine uenia, licet ergo ha-
beat

beat hoc pp p̄rem, & ſui cōtēplatione, qa tunc non hēt a pa-
tre, ſed ab edicto p̄toris, delictū p̄ris, pp quod perdit ius patr. vt
qa libertum ꝯpulit ad iurandū ne ducat vxorē, q actus punit̄
per l. Iul. de maritandis ord. vt l. adigere. de iu. patr. nō nocet fi-
lio ēt p̄re viuente, & ſic p̄r poterit in ius vocari ſine venia, ſed
4 non filius. ¶ † Et iſtud inducit gl. ad q̄onem de feudo, vt pp de-
a lictum p̄ris filius non priuet̄[a] feudo. Sed hoc ꝓcedit qn̄ nō fuit
inueſtitus p̄r ſuus ſed alius aſcendens, ꝑ ſe, & ſuis deſcēdentib.
quia tunc non hēt a p̄re, ſed ab illo primo inueſtito, ſi aūt fuit
inueſtitus p̄r, tunc aut expreſsè pro ſe, & ſuis deſcendentib. &
tūc vr̄ idē, quia filio acquirit̄ ius ex ꝯctu p̄mo, qđ poſtea p̄r au
ferre non pōt. arg. in l. fi. ſ. de pac. Si aūt recipit ſimpl̄r, tunc trā
ſit ad filiū, vt in ti. qui. feu. da. poſſ. §. cum verò Conradus. & ita
demū ſit heres p̄ris, vt in ti. an agna. vel fil. & hoc caſu delictū
p̄ris p̄t nocere filio, qa cēſet̄ hr̄e ab ipſo p̄re. Bn̄ licèt de ſtricto
iuris rigore ita videat̄ dicendū, tn̄ in vſib. feu. alia diſtinctio col
ligit̄, ꝙ aut delictū cōcernit ꝑſonā dn̄i, qui commiſit, ꝯ eū fe-
loniā, vel alienauit incōſulto dn̄o, vel nō fecit inueſtiturā in-
tra t̄ps, & indiſtinctè reuertit̄ feudū ad dn̄m, vt habeat ſuæ in-
iuriæ vltionem, ut in ti. q̄ ſit prima cau. benefic. amit. §. deniq.
aut non concernit ꝑſonā dn̄i, & tunc aut fuit receptū pro ſe,
& ſuis liberis, vel deſcendentib. & delictum p̄ris indiſtinctè nō
nocet filio cui erat ius q̄ſitū ex dicto pacto, ita vr̄ ſentire Pet.
& Cy. in l. 2. C. de lib. & eorum lib. Aut fuit receptum ſimpl̄r,
quo caſu tranſit in deſcendentes hodie ēt vſq; in infinitum, &
tunc diſtinguit̄, aut q̄rimus an noceat filijs, & dicēdū ē, ꝙ ſic,
aut an noceat aliis agnatis, q poterant venire in defectū filio-
rum, qa feudum antiquū, & eſt dicendū ꝙ nō, vt in ti. ſi de feu.
fue. ꝯtro. c. ſi vaſallus culpā. & in ti. ſi vaſal. feu. pri. cui deferat̄.
& in primo caſu qn̄ hēt filios qui priuant̄ pp delictū p̄ris, feu-
dū non cōfiſcat̄, licèt alia bona delinquentis pp delictū cōfi-
ſcent̄, puta qa commiſit homicidiū, ſed reuertit ad dn̄m ſi de
ficiunt agnati, vel ſi extant, tranſit ad eos, vt in dictis iurib. & ꝑ
Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectig. de dam. inf. De hac aūt mā tāgit
Bar. ſed non ita ꝑfectè in l. eum. de interd. & releg. & Bal. in l. q
ſe p̄ris. C. vn̄ lib. & in l. 3. C. de lib. & eo. li. & Dy. in c. non debet.
5 de reg. iu. qd aūt in dignitate an delictum p̄ris noceat filio? dic
vt in l. emancipatū. in fi. ſ. de ſen. in l. ſed ſi hac. §. ſed ſi de ſuis.
No. arg. ꝙ ſi dn̄s frangit fidem vaſallo, debeat priuari directo
dn̄io, ſicut e ꝯtrio vaſallus priuat̄ vtili, ſm̄ Gul. de Cug. & appli-
6 cat̄ ipſi vaſallo. ¶ † Item no. tex. in ver. ſed ſi vēditor. mirabilē,
ꝙ ſi vendo tibi rem cum pacto ne aliquid facias ſuper ipſa re,
& ſi feceris ꝙ ad me reuertatur, ego non debeo illud facere, ſi-
cut nec volui te facere, & ſi qua lege te uinculaui, eadē videor
me uinculaſſe ſm̄ Gul. de Cu. qui inducit ad q̄onē de ſtatuto
ep̄i excōicantis ludentes, ut ſi ipſe ludat ſit excōicatus, ꝯriū tn̄
7 dn̄t canoīſ. in r̄la cui licèt de reg. iu. in 6. ¶ † Item ſi ſtatutū ali-
cuius caſtri imponat penā dānū dantib. applicandā dn̄o illius
caſtri, ꝙ ſi dn̄s ꝯſentiat in damno qđ datur, non dēat ſibi ap-
8 plicari, ſed illi dn̄o cui datū eſt. ¶ † Item ꝙ ſi uendo tibi fundū
pacto appoſito, ꝙ quolibet anno in perpetuū debeas dare cui
dam hoſpitali x. & niſi dederis, ꝙ ad me reuertat̄, ſi fuit ad me
reuerſus, qa non feciſti, ego illi hoſpitali debeo dare, & hoc
ſi fundus fuit ad hoc obligatus, alias vr̄ ſecus, ſi erat obligatio
ꝑſonalis. l. ſi. ī fi. de ꝯhen. emp. ſm̄ Ang. certè hic erat merè ꝑſo
nalis, & ideo vr̄ indiſtinctè, ꝙ tenear. ſed quando fundus tran-
siret ad tertium, si obligatio erat mere perſonalis, & transiuit
titulo singulari, non transit actio in illum, & ita loquitur illa
l. ſi. §. fin. An autem ex pacto acquiratur illi hoſpitali actio. vi-
de quod no. Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius. de ver. obl.

A D D I T I O.

a ¶ Non priuetur. Vide per Alex. conſ. 30. ij li. Io. de Ana. conſ. 32.

L E X X.

1 *Libertus quando teneatur præſtare reuerentiam patrono, vel non.*
2 *Reſcriptum principis, vel diſpenſatio non extenditur ad defectus ſuppreſſos, & tacitos, nec cenſetur princeps illos voluiſſe tollere de quib. non habuit notitiam.*
3 *Si impetrans eccleſiam in qua alius habet ius patronatus non fecit de hoc mentionem, an valeat impetratio.*
4 *Epiſcopus licèt eximat rectorem alicuius eccleſiæ a ſua iuriſdictione non propterea perdit reuerentiam, quam ille præſtabat,*
5 *Differentia inter reſtitutum natalib. & illum qui ex diſpenſatione ſequitur priuilegia legitimorum, vel ingenuorum.*
6 *Comes palatinus ſi legitimat aliquem, cum hoc quòd non ſuccedat cum legitimis iſta non poteſt dici legitimatio, ſed diſpenſatio.*
7 *Statutum quòd extante filio maſculo legitimo, & naturali filia femina non ſuccedat niſi in eo quod ſibi relinquitur a patre, & plus petere non poſſit, quòd non habeat locum in filio maſculo legitimato quo ad quædam, & quo ad quædam non.*

SEd ſi hac lege.

1 §. Patronū aūt. ¶ † Libertus debet re-
uerentiā patrono ēt ſi
ſit paſſus minimā capi. dimi. ſecus eēt ſi ipſe libert⁹ fuit ꝯſecu-
tus ꝑrogatiuā ingenuorū, nō tn̄ fuit factus ingenuus illius, vel
qa impetratio fuit ſubreptitia, vel qa nō fuit reſtitut⁹ natalib.
ſed ſolū diſpenſatus. h. d. & allegat̄ ad plurima. ¶ In tex. ibi [dū
arroget̄ ꝑ obreptionē]. ſ. mediante reſcripto principis, & tanq̄
ingenuus, certè per hoc nō efficit̄ ingenuus poſtq̄ tacui p̄nci-
pi ſe libertū, qa veriſiāe eſt, ꝙ si fortè nō tacuiſſet, princeps no
luiſſet ſuo p̄rono ꝑiudicare, nec auferre ius patr. vt l. j. & 2. de
2 na. reſti. † Et iſte tex. eſt melior q̄ habemus, ꝙ reſcriptum prin
cipis, vel diſpenſatio non extēdit̄ ad defectus ſuppreſſos, & ta
citos. & nō cēſet̄ princeps illos voluiſſe tollere de quib. nō ha-
buit notitiā. Ad hoc ēt allegat̄ l. cū dn̄s. de pecu. leg. & qđ ibi ꝑ
Iac. de Are. & vide in diſt. pe. tit. qui ſi. ſint leg. ſup rub. & in c. ex
parte. de of. or. et de ſen. exc. c. cū ꝓ cā. et qđ no. Bal. C. de fur. l. j.
a in pe. col. et de fideic. in l. eam quā. in 14. col.[a] ¶ † Item bn̄ facit
3 iſte tex. ꝙ si aliquis impetrat eccl̄am in qua alius hēt ius pat.
b et non facit de hoc mentionē, an valeat impetratio,[b] vide qđ
no. Inn. de re iud. c. cū olim. in gl. no. c. l̄ras. et in c. cum dilectus.
4 de iu. pat. ¶ † Itē no. in ver. ſi ius. arg. ꝙ licèt ep̄s eximat rectorē
c alicuius eccl̄æ a ſua iuriſdōne, nō ꝑpea perdit reuerentiā[c] quā
ille p̄ſtabat, qa adhuc tenet̄ ſibi ad hoc, et de hoc eſt caſus in
5 l. fi. C. de iu. pat. ¶ † Vlt. no. dr̄iam inter reſtitutū natalib.[d] et il-
d lum qui ex diſpenſatione ꝯſequit̄ priuilegia lt̄imorū, vel inge
nuorū, qa in primo ē totalis integratio ſtat⁹ q̄ nō p̄t fieri quo
ad q̄dam, & quo ad q̄dam non, vt no. gl. in c. cum inhibitio. de
clan. deſp. ſed diſpenſatio non ſic, vn̄ libertus qui impetrauit
ius aureorū annulorū q̄tū ad hoc, vt poſſit annulos portare,
hr̄ pro ingenuo, ſed non quo ad alia, qa debet reuerētiā tanq̄
6 libertus dn̄o. † Si ergo comes palatin⁹ lt̄imat aliquem cū hoc
ꝙ non ſuccedat cum lt̄imis, iſta non p̄t dici lt̄imatio, ſed diſpē
ſatio, & iō non corrigit̄, niſi ad illa, q̄ fuerunt exp̄ſſa in priuile
gio, ſed ſi ſimpl̄r lt̄imaret, et natalib. reſtitueret, ēt ſi nihil ex-
primeret̄, extenderetur ad oīa iura lt̄imorū, facit l. 2. C. de iure
7 annulo. aureo. ¶ † Et p̄dicta allegaui ad q. ſtatuti dicētis, ꝙ ex-
tante filio maſculo lt̄imo, et naturali filia fœmina nō ſucce-
e dat, niſi ī eo qđ ſibi relinq̄t̄[e] a p̄re, et pl⁹ petere nō poſſit, ꝙ ſi ex
tat fili⁹ maſcul⁹ lt̄imatus, quo ad q̄dā, et quo ad q̄dā nō, puta
ꝙ poſſit ſuccedere ex teſtō, non ab inteſt. non hēat locū ſtatu-
tū, et ſic filia fœmina ſi ſibi nō fuit relictū tm̄, qđ ſufficiat ad
lt̄imā pōt petere ſupplementū, qa nō dr̄ extare maſcul⁹ lt̄im⁹
et naturalis, et qa iſta nō fuit vera lt̄imatio, q̄ nō potuit fieri ꝑ
parte, ſed fuit diſpēſatio, et ſic nō fuit ſublat⁹ defect⁹ originis,
vt hic patet ī ver. ſed ſi ius, vbi eſt caſus in rōne ſui, ergo nō dr̄
lt̄im⁹, ſecus ſi fuiſſet ſimpl̄r ēt quo ad oīa lt̄imatus, qa ꝯtineret̄
appōne lt̄imi, put exp̄ſſe determinat Bal. ēt in hoc caſu in l. j.
C. de fideic. et l. eā quā. in 6. col. ibi dū dicit. Itē q̄ſitū fuit a me,
et tene menti perpetuo, quia poſſunt induci ad multa alia.

A D D I T I O N E S.

a ¶ In 13. col. An ſuppreſsio facta in impetratione legitimationis vitiet ipſam, vide Old. conſ. 114. Lud. Ro. conſi. 184. *in 14. col. Adde l. vniuerſa. de diuer. reſcr. & prag. ſanct. qua cauetur vniuerſa reſcripta ſiue annotatio, ſiue pragmatica ſanctio ita demum dentur ſi preces veritate nitantur, quæ quidem clauſula non ſolum expreſsionem falſi, ſed veri reticentiam continet. gl. in ver. præcum. in l. & ſi cognitio. C. ſi contra ius, vel vtil. &c.

b ¶ Impetratio. An valeat impetratio beneficij non facta mentione patronatus, ſi ita erat? vide Ro. conſi. 361. Lap. alleg. 64.

c ¶ Reuerentiam. Adde Old. conſi. 223. & ſequitur Ro. ſing. ſuis.

d ¶ Reſtitutum natalib. Quid hodie vocari poſsit reſtitutio natalium, & ius aureorum annulorum, vide Bud. in annot. in Pan.

e ¶ Relinquitur. Adde eundem Pau. conſi. 247.

1 *Manumiſſus ab vniuerſitate non eſt libertus ſingulorum, ſed vniuerſitatis, ideo poteſt ſingulos ipſos in ius uocare ſine venia.*
2 *Illud quod eſt uniuerſitatis, non eſt ſingulorum, & quid ſi poſtea diſſoluatur uniuerſitas.*
3 *In cā vniuerſitatis ſingulæ ꝑſonæ illi⁹ poſſūt eſſe teſtes, et quādo nō poſſint.*
4 *Si peto pronunciari me habere iuriſdictionem ſupra aliquam vniuerſitatē, & obtinui, quòd ſententia non præiudicet ſingularib. de ipſa habentib. aliquam exceptionem, uel ius ab uniuerſitate.*

1 §. Qui manumittitur. ¶ † Manumiſſus ab
vniuerſitate non eſt
libertus ſingulorum, ideo ſingulos pōt in ius vocare ſine ve-
nia, ſed eſt libertus vniuerſitatis, et iō illā non pōt in ius voca-
re ſine venia ēt ſi ſe defendat ꝑ actorē, vel ſyndicū. h. d. hoc vl-
timū dictū recipit ꝯtrarium de verſ. fi. iſti⁹ legis, ſed ſolue vt ibi
no. ī gl. mag. ī ci. famoſa. ver. ſed quare. vbi format ꝯtrariū de fi.
2 iſtius §. ¶ † In tex. ibi [nā nō eſt illorū libertus] No. iſtud ad qđ
allegatur, ꝙ illud qđ eſt vniuerſitatis, nō eſt ſingulorū, facit l.
in tm̄. §. vniuerſitatis. de rer. diui. hoc eſt verum, niſi proceſſerit
a ſingulis, quo caſu diſſoluta vniuerſitate quilibet poteſt reci
pere partē ſuā, vt l. 1. in fi. et l. collegia. ſ. de colleg. illici. Angel.
3 † Itē inducit̄, ꝙ in cā vniuerſitatis ſingulæ ꝑſonæ illius p̄nt eē
a teſtes,[a] hoc verū, niſi agat̄ de tali re ex qua ſinguli percipiunt
commodum

A D D I T I O.

a ¶ Teſtes. Teſtis an poſsit eſſe qui eſt de vniuerſitate? Vide Abb. conſ. 16. Alex. ſil. 68. & conſi. 47. 3. lib.

commodũ ſingulr, puta de paſcuis, vt no. Dy. in l. oĩb. C. de re
4 ſti. & hunc tex. alleg. Inn. in c. certificari. de ſepul. ꝙ ſi peto ꝓ
nunciari me habere iuriſdõnem ſ. aliquam vniuerſitatem, &
obtinui, ꝙ hæc ſnĩa non præiudicat ſingularib. de ipſa habẽ
tib. aliquam exceptionem, vel ius in vniuerſitate.

1 *Diuiſio materiæ præſentis. §.*
2 *Fœminæ in feudis regulariter non ſuccedunt.*
Grauatus ſub conditione ſi decedat ſine liberis maſculis, ſi decedat relictis nepotibus maſculis ex filia fœmina non dicitur deceſſiſſe cum liberis maſculis, & locus eſt ſubſtitutioni.
3 *Per deportationem perditur ius patronatus, & in conſequentiam reuerẽtia, & quæ non perdantur.*
4 *Deportatus põt conueniri, licèt perdiderit ciuitatem, & bona, quia poſt deportationẽ põt acquirere, & debet ſe defendere per procuratorem.*
5 *Illud quod ſtatuitur ratione alicuius cauſæ habentis tractum ſucceſſiuum finita illa cauſa amplius non durat.*
6 *Filius meus licèt tranſeat in alienam familiam per adoptionem non deſinit filius meus eſſe, nec perdit priuilegia, quæ habebat, vt filius meus.*
Filius libertæ, & econtra illa mater liberta filio ex patrono qualiter debeant ſibi inuicem reuerentiam.

§. Liberos parentesq;

¶†Hic incip. exponere verbũ liberos, parentesq; pſoni, & c. q fuerunt tertiũ genus ꝑſonarũ, vt dixi. l. quiq;. & mixtim tractat. Primo de liberis, & parentib. ſimul vſq; ibi, ſed ſi ꝑ pœnã. Scdo de ipſo pſono tñ vſq; ibi, parẽtes.
1 Tertio de parẽtib. pſoni tñ vſq; ibi, ſi filius. ¶†Quarto, & vlt. de liberis tñ, & ponit plures caſus vſq; ad §. prætor ait No. ex prin. ꝙ appłone liberorũ ↄtinenť tã maſculi ꝙ̃ fœminæ, & ſic ẽt deſcẽdẽtes ex fœmina, vt l. cognoſcere. §. liberorũ. de ver. ſig. & l. j. C. de cond. inſer. hoc tñ eſt verũ in mã indifferenti. i.
a ꝙ̃ conueniat vtriq; ſexui, ſecus ſi maſculis tñ, vt in feudis[a] ſi
2 aliquis reciperet feudũ pro ſe, & liberis eius, †qa intelligeret maſculis, cũ fœminæ regłr nõ ſuccedãt in feudis. Itẽ ſi aliquis fuit grauatus ſi decederet ſine filiis maſculis, & ipſe deceſſit cũ nepotib. maſculis deſcendentib. ex filia fœmina, non videret deceſſiſſe cum liberis maſculis, & ſic extaret ↄdõ ſubſtõis, qa in cõdõne fuit appoſitũ verbum maſculis ita no. Spec. in
3 tit. de loc. §. nunc vero aliqua. ver. 146. ¶†In ver. ſi pœnam. no. ꝙ per deportationẽ perdit ius pat. qa eſt magna capitis diminutio, ſecus in parua, ut ſ. eo. §. pſonum. in princ. & ibi not. in gl. j. Item in ↄñtiam perditur ẽt reuerentia, quæ vř de iure nãli, vel gentium. arg. in l. veluti. de iuſt. & iu. cũ debeatur ſolum rõne iuris pſonatus, al's eã quæ eſſent de iure nãli non perderentur, qñ non dependerent ab aliquo, quod ſit de iure ciuili
4 & quod ꝑ deportationem perdat, vt ſ. de ca. dim. in l. eas. †Pater ẽt hic, ꝙ deportatus poteſt conueniri, licèt perdiderit ciui
b tatẽ, & bona, qa poſt deportationem põt acquirere,[b] vt l. ſi tibi mãdauero. §. is cuius. ſ. mand. & dẽt ſe defendere per ꝓcuratorẽ, qa nõ põt ſtare in ciuitate, vt l. Papinianus exuli. de minor. & vide tex. cum gl. in l. cũ ad cognitionẽ, iuxta fi. tit. ſ. qb.
5 ex cau. in poſ ea. Facit ẽt iſte tex. †ꝙ ſi prælatus remoueatur a prælatura, ſui ſubditi nõ tenerenť ſibi amplius ad reuerentiã, quia debebať occaſione prælaturę. ¶In §. parẽtes. ver. ſed tã diu. no. ꝙ illud quod ſtatuiť rõne alicuius cauſæ hñtis tractũ ſucceſſiuum, finita cã illa amplius non durat. ad hoc l. gñalr.
6 cum ibi no. C. de epi. & cle. †Item no. in §. ſi tñ filius. ꝙ licèt filius meus tranſeat in familiã alienã per adoptionẽ, non deſinit filius meus eſſe, nec perdit priuilegia, ꝙ̃ hẽbat, vt fili⁹ me⁹.
¶Vlt. no. pulchrum caſum. §. ſi liberta. in quo mř debet reuerentiam filio, eõrio filius matri, diuerſis tñ reſpectib. nam iſte filius libertæ erat filius ex pſono, ideo mater ſua debet reuerẽtiam ſibi non vt filio ſuo, ſed vt filio ſui patroni, & econuerſo ipſe filius debet reuerentiam matri, tanꝗ̃ ſuæ matri, nõ tãquam libertæ, & ſic inuicem ſe nõ vocant in ius ſine venia.

ADDITIONES.

a ¶Feudis. Limita niſi conceſſio fuerit a fœmina, quę veriſimiliter ęquę diligit fœmineum ſexum ſicut maſculinum, immo plus ex eo quod in ſimile conſuluit Anch. conſ. 341. vbi voluit ꝙ regnum Arragonum conceſſum per Reginã Petronillam Alfonſo, & eius poſteritati poſſit tranſire in fœminas, alios ſepte caſus in quibus fœmina ſuccedit in feudo, vide per Ro. conſi. 368.
b ¶Acquirere. Adde qđ voluit Anch. conſ. 172 & 421. qđ inc. ꝓbata tãti viri ſẽntia.

1 *Continuatio huius §. ad præceden.*
2 *Si volo te facere citari, nõ eſt neceſſe ire ad iudicẽ, vt cõmittat nũcio, ſed poſſum directè cõmittere nũcio curiæ, vt te citet, & qualiter faciet relationem, licèt de iure communi requiratur commiſſio iudicis.*
3 *Vbi lex, vel ſtatutum vult aliquid fieri cum authoritate, vel conſenſu iudicis, debet intelligi cauſa cognita, nec ſufficit quòd reperiatur authoritas interpoſita.*
4 *Grauiſſima dicitur iniuria cum quis fuit flagellis verberatus, & multo fortius ſi ferro, & cum vulnere.*

1 §. Prætor ait in ius

¶†Hic iuriſcõſultus poſtꝗ̃ expoſuit tria gñã perſonarum, ꝙ̃ non vocanť in ius ſine venia, incipit declarare qd ſigniſ it ſine venia, vel ſine iuſſu ꝓtoris, qa dẽt narrare iudici quã actionẽ vult intentare, & ſi iudex videat, ꝙ ſit famoſa non ꝑ
a mittet niſi ex magna cã, & ſic adhibeť ad hoc cãæ cognitio,[a]
2 h. d. ¶†No. ꝙ in multis locis cõiter eſt cõſuetudo, ꝙ ſi volo te citari facere non eſt neceſſe ire ad iudicẽ, vt cõmittat nuncio, ſed poſſum directè committere nuncio, vt te citet, & ſi hoc facit, põt facere relationẽ notario cãæ, & ſcribeť in libello, ac ſi ↄmiſſio ipſa a iudice facta fuiſſet, ſi erat de nunciis deputatis ĩ curia, licet de iure cõi reqratur cõmiſſio iudicis, vt l. neminẽ. C. de reqr. reis. & plene in c. qñ ↄ falſam. de prob. ſup verbo citationes, & relationes. Certè iſta practica non poſſet ſeruari, qñ qs vult facere citari parentẽ, vel pſonum, imò hẽt neceſſe iudicẽ adire pro ↄmiſſione fiẽda, & iudex dẽt explorare, quam actionẽ vult intẽtare, & ſi ſecus fiat, & citatus nõ cõpareat, & procedať ↄ ipm abſentẽ, vel contradicentẽ, non valebit ꝓceſſus, ſecus ſi compareat, & non ↄdicat, vt ſ. l. prox. ĩ fi. & ibi no.
3 ꝑ Doc. ¶†Itẽ Bar. no. ſing. iſtum tex. ꝙ vbi lex, vel ſtatutũ vult aliqd fieri cum authoritate, vel conſenſu iudicis, dẽt intelligi cã cognita, nec ſufficit, ꝙ repitur authoritas interpoſita, niſi appareat ꝙ fuerit adhibita cãæ cognitio, vt hic colłr dum di
4 cit cã cognita. ſ. de tranſa. l. cum hi. §. ſi ꝓtor. & §. vlt. ¶†Itẽ no. in fi. ꝙ grauiſſima dř iniuria cum qs fuit flagellis verberatus, & multo fortius ſi ferro, & cum vulnere, & vide ſ. de iniu. l. vulneris magnitudo, aliqñ etiam ex qualitate perſonarum, loci, & temporis, etiam ſi non interuenerit verberatio, vt l. ſed & ꝙ̃ ſtionis. eo. ti. & vide Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato. eo. titu.

ADDITIO.

a ¶Cognitio. Adde eundem Pau. conſi. 177. Anch. conſi. 81. Raph. Cu. conſ. 170. Alex. conſi. 217. 2. lib.

1 *Patrono debetur riuerentia, et ſi tutorio nomine alterius conueniatur, ſecus ſi alius pro eo tutorio nomine ſuſcipiat.*
2 *Vna & eadem diſpoſitio legis, vel ſtatuti poteſt eſſe fauorabilis reſpectu vnius extremi, & odioſa reſpectu alterius, & ſic in primo extendẽda, & in ſecundo reſtringenda.*
3 *Statutum quòd exiſtente filio maſculo filia non ſuccedat, qualiter extendatur ad nepotem ex filio, & an extendatur ad neptem ex filia.*

1 §. Semper autem hunc.

¶†Patrono debeť reuerentia, ẽt ſi tutorio noĩe alterius ↄueniať, ſecus ſi ali⁹ pro eo tutorio noĩe iudicium ſuſcipiat. h. d. Et eſt mirabile, qa in quolibet dicto videret, dicẽdũ econuerſo, nã ſi libert⁹ cõuenit pſonum ſuũ tanꝗ̃ tutorẽ Titij actione quã hẽt ↄ Titiũ, iſtud litigiũ nõ eſt litigiũ pſoni, ſed Titij, & ex ipſo non põt reſultare aliqua iſamia ipſi pſono, quare ergo debeť ſibi in hoc reuerentia? nã qlibet pť facere dřct, qđ no. & tñ dř hic ↄriũ, econuerſo ſi pſonus eſt pupillus, & tutor ſuus conueniať a liberto, iſta cã eſt ipſius pſoni non tutoris, ergo vř ꝙ teneať impetrare veniã attenta pſona ↄ quã iudiciũ dirigiť, & tñ hic dř ↄriũ, vñ difficile eſt aſſignare bonas rõnes, ſed aſſignant pſuaſiuẽ, nã primo caſu poſtꝗ̃ pſonus pſonalr eſt in iudicio, vox liberti ↄ eũ eſt funeſta. i. inhoneſta, attẽta ſua pñtia, nõ ſic ĩ ſcdo caſu, qñ non eſt pñs ĩ iudicio,
2 ſed eius tutor, ſeu ꝓcurator, vt in gl. ¶†In gl. puta ex parte pſoni, no. iſtã gl. ꝙ vna, ẽt eadẽ diſpõ legis, & ſtatuti pť eẽ fauorabilis reſpũ vnius extremi, & odioſa reſpũ alterius, & in primo extremo dẽt extẽdi, in ſcdo aũt reſtringi, vñ facit ad qõnẽ ſtatuti
3 dicẽtis, †ꝙ exiſtẽte filio maſculo filia non ſuccedat, ꝙ ex parte filij eſt fauorabile, iõ extendiť de filio ad nepotẽ ex filio, & ſi ille extat excludit filiã fœminã ſicut filius, ſed ex parte filiæ eſt odioſum, iõ ſi non extat filia, ſed neptis filiæ nõ dẽat excludi, & ita vř no. Bal. C. e. l. v. ſed in hoc vlt. vř ↄriũ, qa ſtatutũ vř factũ fauore agnationis, vt hẽditas ſtet apud maſculos, et iõ vř excludi oĩs fœmina, vł ex ea deſcẽdẽs, ꝓpea inſpicit id qđ principalius eſt, qñ qriť an ſtatutũ ſit fauorabile, vł odioſum, ſicut videmus ĩ exceptione, vt no. ĩ l. q excep. ſ. de cond. inde. & hic extremitas maſculi principalis eſt, cũ iõ totũ ſtatutũ cẽſeať fauorabile vtrũq; extremũ extẽdiť, de iſta q. & cœteris ſiłib. vide ꝑ Bar. ĩ l. liberorũ. de ver. ſig. vbi plenè. ¶In alia glo. ibi tñ ꝑ aliũ ↄuenit, vñ ſi nõ adhiberet reuerẽtia illi ꝑ quẽ ↄuenit, nulli alij adhiberet, & ſic parũ ꝓdeſſet ius pſonatus ipſi vniuerſitati. ꝗ tũ ad hunc honorẽ, ſed priuatus pſonus pť conueniri ꝑ aliũ, & ẽt ꝑ ſeipſum, vñ ſufficit ꝙ adhibeatur ſibi reuerentia, qñ cõuenitur per ſeipſum, & ſatis proderit ius patronatus in hoc.

LEX XI.

1 *Caſus tres notabiles, ꝙ pęna remittatur ei, qui ĩ ius vocauerit, ſine venia.*
2 *Pęna quingentorum aureorum de qua hic incurritur mero iure per ſolã citationem, & an habeat locum pęnitentia. & nu. 4.*
Citatus dicitur ille qui a nũcio fuit requiſitus, licèt nõ adhuc cõparuerit.
3 *Statutum ſi imponit pęnam porrigentibus poſitiones criminoſas, vel diffamatorias, licèt poſtea peniteant, & poſitiones retractent, non euitant pęnam, niſi aliud ſtatutum hoc dicat expreſsè.*
Pęna maleficii conſummati per pęnitentiam non tollitur.
4 *Pęna quæ incurritur propter malè litigare, an & quando remittatur per pęnitentiam, vel purgationem moræ.*
5 *Citatus non comparens non poteſt imputare facienti eum citari, nec poteſt quòd condemnetur ad aliquid.*

In

6 *In caſibus iſtius legis, quando valeat proceſſus venia non petita, & quando non.*

7 *Si dixi tibi ſubdito alicuius domini, ſi ego non haberem reſpectum ad dominum tuum darem tibi unam alapam, tu dicas non cures de domino meo, experiamur ſimul, & ego poſtea te verbero, an videatur iniuria illata domino.*

1 QVamuis. ¶† Licèt ꝑ ſolā vocationē in ius
ſine venia quis inciderit in pœnā
edicti, tres ſunt tñ caſus de quib. hic vbi ex beni-
gnitate pœna remittitur. h.d. & ſunt caſus notabi
2 les. †In tex. ibi [pœnale iudicium] .i. actionē in factū in qua-
draginta aureos, q̄ inci. cōpetere ꝑ̄no eo ipſo, ꝙ fuit in ius
vocatus ſine venia, vt ȷ̄. l. prox. ſi libertus. & l. fi. No. ergo, ꝙ iſta
pœna mero iure incurrit̄ ꝑꝑ ſolā citationē, & ſic bñ patet, ꝙ
a citatus dr̄ ille, q̄ a nuncio fuit requiſitus,[a] licèt non adhuc cō-
paruerit, vt no. gl. in l. j. §. eo. al's libertus non incurriſſet pęnā,
vñ nō eſſet neceſſariū cām remittere de æquitate, cuius ꝯ̄riū
vult iſta gl. ¶In tex. ibi moderādā iuriſdictōnē, ꝑ interp̄tatio-
nē huius legis, q̄ potuit modificare edictū ꝑ̄toris, ſed ſi hęc lex
nō eſſet, nō poſſemus ex interp̄tatione gñali hoc dicere, poſt
q̄ verba edicti hoc non patiunt̄, immo ēt in iſtis caſib. pœna
3 exigeret̄, ꝑ id ꝙ dñt Doc. †ꝙ ſi ſtatutū imponit pœnā porri-
gentibus poſitiones crīoſas, vel diffamatorias, licèt poſtea pę
niteant, & poſitiones retractent, non euitant pęnā, niſi aliud
ſtatutū hoc dicat expreſſè, q̄a delictū fuit pfectū ꝑ ſolā porre
ctionē, q̄a ſtatutū aliud non requirit, ergo &c. vt l. q̄ ea mēte.
ȷ̄. de fur. vbi hr̄ rl̄a gñalis, ꝙ pœna maleficij cōſummati ꝑ pę-
4 nitētiā nō tollit̄. ¶†In tex. ibi [pęniteat] hoc eſt ſpāle in pęna
b legali[b] quam incurreret ꝑꝑ male litigare, qđ ꝑ pñiam remit
tit̄, ut l. q̄ cū maior. §. accuſaſſe. de bo. lib. & no. in l. ī crīali. C.
de iuriſ. om. iu. Aduerte tñ, ꝙ aliq̄ñ incurrit̄ ꝑꝑ ſolā vocatio
nē in ius, & tunc hēt locū pnīa, vſq; ad litē conteſ. ita intelł'r
hic, poſtea verò nō licèt morā purgare, ut l. inſulā. de uer. ob.
Interdū incurrit̄ ꝑꝑ ꝯteſtōnē, q̄ imponit̄ petenti, vel accuſan
ti, q̄a non dr̄ petiiſſe, vel accuſaſſe añ litē cont. l. amplius non
peti. rem ra. hab. & tunc admittit̄ pnīa vſq; ad finē, q̄a in ꝯtin
gentib. poſt litē ꝯt. ipſa ſnīa eſt terminus purgationis, ut hr̄,
& no. in l. ſi maior. C. de tranſa. & l. ſiue apud acta in fi. per gl.
& ita intelligit Ang. in pęna verò cōuētiouali q̄ incurrit̄ ꝑꝑ
malè agere, non ſic hēt locum pnīa, & d. l. amplius non peti.
de hoc tñ artic. an ex parte actoris locū hēat purgatio more
5 ad euitandā pęnā, dic vt d. l. ſi inſulā. per Bar. ¶†In tex. ibi [nō
c veniat] no. ꝙ citatus nō cōparens non p̄t imputare[c] facienti
eum citari, nec petere, ꝙ cōdēnet̄ ad aliquid, facit ad ea quæ
hñr in auth. qui ſemel. C. qūo & q̄ñ iud. nā poſtq̄ actor facit
reū citari cogit̄ perſiſtere in eod. libello, & in eadē actione vſ
que in fi. certè ſi citatus nō cōparet nō pōt petere, ꝙ ad hoc
6 cogat̄. ¶†In tex. ibi [aut non inuitus] vel ſi conſenſit expreſſè,
vel cōparuit, & ñ oppoſuit, & in iſtis caſib. valet proceſſus, li-
cèt non fuerit venia impetrata, ſed ſi non ꝯſenſit exp̄ſſè, vel
tacitè, q̄a non comparuit, vel comparuit, & oppoſuit, ꝓceſ-
7 ſus nō valet ſm̄ Doc. Et inducit̄ ꝑ Gul. † ꝙ ſi dixi ſubdito ali-
cuius dñi, iſta verba, ſi ego non haberem reſpectum ad domi
num tuum, ego darem tibi vnam alapam, vel facerem tibi ta
le quid, tu dicis no cures de domino meo, experiamur ſimul
& ego poſtea te verbero, vtrum videatur iniuria illata domi
no? & arg. eſt ꝙ non, ſed iſta inductio non placet, quia non
poteſt remittere iniuriā, quæ fit dño. l. j. vſq; adeo. ȷ̄. de iniur.

ADDITIONES.

a ¶Requiſitus. Si tamen comparuit, & non oppoſuit, pœna remittitur ſecundum Alex. conſ. 308. & ſequitur d. Iaſ. hic.

b ¶Legali. An liceat pœnitere, & quando cauſa euitandæ pœnæ legalis, vide Lu. Rom. conſi. 59.

c ¶Imputare. Facit quod voluit Anc. conſi. 96. ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ non comparēs intra terminum habeatur pro contumace, & ex bannito, quo ad miſ. in poſſeſſ. ꝙ non comparente reo, nec actore, miſſio fieri non potuit.

LEX XII.

1 SI libertus. ¶†Filiusfam. abſente patre po-
teſt agere actione pœnali pro
iniuria ſibi facta. h.d. regulariter ſecus, quod dic,
vt no. in l. ſi longius. §. j. de iudi.

LEX XIII.

1 *Pater ſpiritualis, qui leuauit aliquem de ſacro fonte, non poteſt vocari in ius ſine venia.*

2 *Pater alicuius, ſeu communitas terrę ſuæ, & conſtitutus in magiſtratu loco parentum habentur, nec uocantur in ius ſine venia.*

1 GEneraliter eas. ¶†Exēplifica iſtam le
gem, vt aliquid addat
ī patre ſpirituali, qui aliquē leuauit de ſacro fon
te ſm̄ Ang. vt non poſſit in ius vocari ſine venia,
2 quod no. † Item ſi aliquis vellet agere ꝯ̄ ꝓpriam cōitatē ter-
ræ ſuæ, quia loco parentis habetur cum quis naſcatur etiam
patrię non ſolum patri, vt ȷ̄. de ven. in poſſ. mitt. l. q̄. §. ea. & de
hoc no. in l. bene a Zenone. C. de quadr. præſcript. Item ſi ali-
a quis vellet conuenire aliquem conſtitutum in magiſtratu,[a]
quia loco parentis habetur, ut in Auten. vt iud. ſine quoquo
ſuffragio, ſecundum eundem.

ADDITIO.

a ¶In magiſtratu. Quid de ſacerdote parochiali, vel de domino, an a vaſal. poſſit vocari ſine venia? vide per d. Iaſ. hic, cui adde quæ poſui ſup. in §. prętor ait.

LEX XIIII.

1 *Quando quis ſe defendit aduerſus eum, cui debet reuerentiam, non tenetur veniam impetrare.*

2 *Prohibitus agere non prohibetur ſe defendere ſi eſt reus neceſſarius, & ſic ſi fuit purè & ſpecialiter ad iudicium prouocatus, & quis dicatur reus voluntarius.*

1 LIbertus à patrono. ¶†Qñ q̄s ſe de-
fendit aduerſus
eum, cui debet reuerentiā, non tanet̄ veniā impe
2 trare. h.d. †Licèt ergo quis prohibeat̄ agere, nō ꝓ-
hibetur ſe defendere, & vt videmus ī excōicato, & bānito, vt
no. in l. cum mulier. ȷ̄. ſol. ma. & in l. q̄m Alex. C. de adult. per
Cy. hoc tñ verū eſt in reo neceſſario, q̄ dr̄, q̄ñ fuit ad iudicium
ꝓuocatus purè, & ſpāłr, nā tenet̄ cōparere, & eo ipſo firmata
ē pſona ſua ī iudicio, vt no. Inn. in c. cū inter. de excep. ſec'
ī reo volūtario, q̄ ꝓuocat, vt ſi peto tibi aſſignari terminū ad
agendū ꝯ̄ me, vel peto declarari ſnīam, q̄ habes ꝯ̄ me, nullā
eē, nec mereri executionē, nā q̄a tūc facio ad euadēdū offen
ſā tuā, poſſū dici reꝰ, ſ; q̄a ꝓuoco te, dicor reꝰ volūtariꝰ, & iō
obſtāt mihi exceptiōes, q̄ ñ obſtarēt ſi eſſē merꝰ actor, & verꝰ,
vt no. ī l. đ pupillo. §. q̄ remiſſionē. & §. ſi ꝓcurator. de ope. no.
nun. Idē ſi eſſem citatꝰ gñałr, vel ſpāłr, ſi meā putauero inte-
reſſe, q̄a nō cogor ꝯparet̄ ſi nolo, vt no. ī l. ea q̄dē. C. ſi mā. ita
fuc. alie. vñ videor volūtariè cōparere. arg. in c. veniēs. de teſti.

LEX XV.

1 *Libertus poteſt impetrare iudicem delegatum contra patronum, etiam venia non impetrata.*

2 *Papa, vel princeps dando alicui iudicem delegatum, non videtur ipſum habilitare ad agendum, nec excommunicatum abſoluere, ſed reſcriptū eſt ipſo iure nullum.*

3 *Proceſſus non dicitur initiatus, licèt inquiſitio ſit poſita in actis ſi non facta ſit citatio, & quando non poſſit iudex talem inquiſitionem retrahere, & abolere.*

1 LIbertus aduerſus. ¶†Libertus pōt
impetrare iudi-
cē delegatū ꝯ̄ patronū, ēt venia nō impetrata, h.
d. pōt ēt dare libellū conuentionalē corā iudice,
vt in gl. ſed non facere ipſum citari ſine venia, q̄a iſte actꝰ eſt
prohibitus in edicto prætoris non præcedens, quia per ipſum
moleſtatur patronus, ſed nō ꝑ p̄cedēt, & primo in caſu iſtius
2 legis no. †ꝙ licèt princeps det alicui iudicē delegatū ꝯ aliquē,
non ꝓpea vr̄ ipſum habilitare ad agendū, nam hoc non ob-
ſtante poterunt ſibi opponi exceptiones oēs, q̄ poſſent oppo
ni ſi ageretur coram ordinario, & ſic Papa non videretur ex-
cōicatum abſoluere dādo ſibi iudicem delegatum ſm̄ Ange.
a immo reſcriptū eſt ipſo iure nullū[a] iſto caſu, vt in c. j. de reſcr.
3 lib. 6. ¶†Ex ſecundo dicto gl. determinatum fuit, vt dicit Bal.
in quadam ardua quæſtione, ꝙ non diceretur initiatus ꝓceſ-
ſus, licèt inquiſitio ſit poſita in actis, ſi non erat facta citatio,
& ſic iudex poteſt ipſam retrahere, & abolere, nō obſtāte ſta
tuto dicente, ꝙ poſtquam initiatus eſt proceſſus non poſſit
ſed in multis locis poſtquā copia miſſa eſt ad cameram com
munis, etiam ſi non eſſet facta citatio, non poſſet retrahere.

ADDITIO.

a ¶Iure nullum. An Papa videatur per ſuum reſcriptum aliquem habilitare. Vide Old. conſi. 415. vſque ad fi. & an reſcriptum ab excommunicato, ſiue occulto ſiue publico valeat? & cū a duob. vno excōicato, altero nō, vide ꝑ Ro. cōſ. 506.

LEX XVI.

1 *Libertus tutorio nomine poteſt conuenire patronum ſine venia, etiam actione famoſa, licèt proprio non poſſet.*

2 *Aliqua exceptio obſtat agēti noīe proprio, q̄ nō obſtat agenti noīe alieno.*

1 QVęſitum eſt an. ¶† Libertus tutorio
noīe p̄t ꝯuenire p̄ro
num ſine venia, ēt actione famoſa, licèt proprio
noīe non poſſet. h.d. Rō reddit̄ per glo. in l. ſed ſi
hac. in fi. §. eo. quę inc. ſed cur. verſi. præterea, quia ſi non age-
ret tenetur pupillo ad intereſſe, &c. & per hoc vr̄, ꝙ iſta lex ñ
procederet ſi libertus procuratorio nomine alterius ageret,
quia officiū ꝓcuratoris eſt volūtarium, & imputaretur ſibi,
q̄a acceptāuit, ſed officiū tutoris, vel curatoris eſt neceſſariū,
& habuit neceſſe acceptare, & ēt executioni mandare, iō ne-
ceſſitas ipſum excuſat. ar. ȷ̄. qui ſatiſd. co. l. fideiuſſor. §. ſi neceſ-
ſaria. ¶No. ergo hic, ꝙ aliqua exceptio obſtat agēti noīe pro
prio, q̄ nō ob. agēti noīe alieno. ſił'e. C. de ſacroſ. ecc. l. iubemꝰ.
§. ſanè. & de admin. tut. l. quædam. & quod cuiuſq; vniuer. no.
in l. item eorum. in prin. & ȷ̄. pro ſoc. l. ſocium. in prin. & ȷ̄. de
inoffi. teſt. l. filius poſt prin. vbi nec prohibetur pater, &c.

LEX XVII.

1 *Qui promittit aliquē ſiſtere in iudicio, compellitur hoc facere, ſiue promiſſio ſit facta curiæ, vel eius officialib. vel parti in præſentia curiæ.*

2 *Notarius tanquam perſona publica ſtipulando alteri ſicut acquirit actionem ſine ceſſione, & ita officialis publicus, ut iudex, in pertinentib. ad ſuum officium, & quando acquiratur parti iudicis officium tantum.*

3 *Carceratus ſi pro exeundo carceres offert fideiuſſores, & pars quæ facit carcerari nō cōparet, pōt iudex recipere illorū promiſſionē, et relaxare.*

1 DVum pro quo quis. ¶† Qui ꝓmittit aliquē ſiſtere in
iudicio, compellit̄ hoc facere, ſiue ꝓmiſſio facta
ſit curiæ, vel officiallb. eius, ſiue ſit facta parti ī pñ-
tia curiæ. h. d. notabl̄r, & no. ꝙ vtroq; caſu ſunt duo ſpālia. Pri-
mū, q͞a ꝑcile cōpellit̄ qs ad factū, licet reḡl̄r ɔ̄, vt l. ſi qs ab alio.
9 de neg.ge. ¶†Scd̄s caſus eſt, qñ in principali eſſet factum indiuiduum, & tunc idem per oīa, vt non ſit dr̄ia inter principalē, & hr̄des,qa niſi fiat inſolidum ɔmittit̄,& exigit̄ tota pœna,maxime ſi pp vnum,q non facit, ſtipulator caret commodo toti⁹ ſtipl̄onis, ut ſi promiſiſti non impedire me ire agere, & duo de hr̄dib.tuis non impediuerunt, tertius uero impediuit,vt d.§.Cato.ibi ab omnib.&c.Tertius,& vlt.caſus eſt, qñ in oblōne principali erat factum diuiduum,&non indiuiduum,ut non agere vel ratum hr̄e,& tunc gl.ab illo verſ.ſed diuiduum, vſq; in fi.recitat tres opi.ſed tenet ſecundam , quæ ponit̄ in verſ.uel poſſet dici,ut tunc ſit dr̄ia inter principalem debitorem, & eius hæredes.Primo caſu,qa niſi faciat inſolidum, committit̄ ſtipl̄o pœnalis in totum,& ēt exigit̄ tãm in extraiudicialibus,ut d.§.Cato. in fi.quãm in iudicialibus deciſoriis, ut d.l. 5. §.ſi ſortem.in fin. ſed in præparatoriis iudicium locum habet,quod hic dr̄,ut cōmittat̄ inſolidum de rigore , ſed obſtat exceptio de æquitate ꝓ rata eius,quod factum eſt. Si uero loquimur in hæredibus eius inter quos diuiditur oblō pro hæreditariis portionib.in tali facto diuiduo,tunc ſi aliqui faciunt,aliqui non, ſtipl̄o pœnalis ñ cōmittit̄ etiam ipſo iure,niſi contra non facientes,& iſte eſt caſus in §.Cato.in prima par.Sed quare tunc non eſt ita, ſicut qñ in oblōne erat datio diuidua? rñdet̄,qa hoc non poteſt imputari illis,qui fecerūt pro parte ipſorum,quare etiam non fecerāt pro parte aliorū,qa licet datio facienda per vnum,poſſit expediri per alium non eſt factum ſic concernens perſonam, nã pt vnus ratum habere pro alio cum uoluntas , & conſenſus ſit ꝑſonalis. Si ergo eſſet tale factum diuiduum,ꝙ non cohæret perſonæ,& poſſet per alium expediri,dicerem ſecus,ſicut in datione.Pone exemplum,ſi promiſiſti foſſam fodere,nã hoc factum vr̄ diuiduum,quia non habet certam formam, & factum pro parte affert vtilitatem reſpectu partis, & ſic vnus poſſet fodere pro alio,& niſi faceret eſſet idē quod in oblōne dandi,& idē in

10 ſtīb.¶†Prędicta oīa procedunt in ſtipl̄onib.non prætoriis,ſed ī ꝑtoriis dat̄ rr̄a ſing.in l.pœnales.§.Iul.ad l.Fal.ꝙ ex facto unius ex hęredib.non.committitur ſtipl̄o contra alterum propter ęq tatem prætoriam , propter quã mitius agitur,ſicut in præparatoriis,quia iſta eſt ſtipl̄o prętoria, & eadem ratione in bonæ fidei contractib. in quib. magis conſideratur æquitas ex fcō vni⁹ ex hæredib.& ideo tenetur,nec conuenit̄ alter, ut ſ̄. depoſ. l.in depoſiti.cum l.ſeq. Et eadem rōne de iure cano.qd̄ ɔſiderat ęqtatem,ut in c.ſuam.de pœn.ubi eſt caſus. Cętera quæ in prædicto artic.deficiunt,vide per Bar.& Bal.in d.§.Cato.nam iſta pertinent ſolum ad declarationem glo.

LEX X.

1 *Etiam ſi actor non habebat actionem,qui tamen promiſit alium ſiſtere, pōt compelli,ut ſiſtat,uel defendat,ut ueritas reperiatur.*

2 *Qui promiſit alium ſiſtere in iudicio,ſi uidet ſe non poſſe ſiſtere,quia ille aufugit,uel ſe abſentauit ne committatur ſtip.contra eum,poteſt ſe offerre paratum ſuſcipere defenſionem pro illo, cum ſatiſdatione de iudicato ſol. Quid ſi eſſet neceſſaria præſentia perſonæ.*

1 **SI eum iudicio ſiſti.** † Etiam ſi actor ñ hēbat actionem, qui tñ promiſit alium ſiſtere, pōt compelli ut ſiſtat vel defendat, vt ueritas reperiatur.h.d. ¶ In tex. ibi [forte non tenebitur]& ego qui promiſeram ipſum ſiſtere offerebam me paratum hoc probare, & non ipſum ſiſtere,certe non debeo audiri,qa veritas huius rei melius repiet̄ ipſo pñte, & hoc vult iſte tex.puto tñ, ꝙ ſi appareret notorie, & manifeſte,ꝙ actor actionem nō hēbat, non dr̄et iſte ɔpelli ad ſiſtēdū. ¶In tex.ibi[ſ actio in me danda eſt] ut uel exhib.ſed ɔ̄,qa ex iſta ſtipl̄one dat̄ actio ad intereſſe,ut l.2. in fin.qui ſat.cog. Sol.etiã ad factū vt præciſe fiat,dat̄,ut hic patet, quod eſt notãdum, & dixi.ſ̄.q ſatiſ.cog.l.eum ꝓ quo.melius tñ eſt ſup hoc implorare iudicis officium in quo proceditur executiue, ſed in executio-

2 ne dat̄ libellus.¶†In tex.ibi[uel defendam.]No. ſingl̄r iſtū tex. ꝙ ille qui promiſit aliū ſiſtere in iudicio ſi uidet ſe non poſſe ſiſtere,quia ille aufugit,uel ſe abſentauit,ne ɔmittat̄ ɔ̄ eum ſtipl̄o poteſt ſe offerre paratum ſuſcipere defenſionem pro illo, cum ſatiſdōne de iudicato ſoluendo, & hoc ſufficit,& vr̄ tex.ď hoc.ſ̄.de fideiuſ.l.ſancimus.uer.& ſi quidem.& ſim illum tex.intellige iſtum, hoc tñ verum niſi in his in quib. eſſet neceſſaria præſentia perſonæ,ut ſ̄.eo.l.2.§. ſi quis in iud.ver.cum tantū.

1 *Si dolo eius ; qui ſiſtere promiſit, mortuus eſt ſiſtendus , committitur ſtipulatio pœnalis etiam ante diem ſiſtendi, tamen non exigitur niſi illa tranſacta.*

2 *Interitu ſpeciei contingente facto debitoris etiam ante moram non liberatur debitor,& illud factum pro mora habetur.*

1 **§.Homo ſiſti promiſſus.** ¶† Si dolo eius q ſiſtere promiſit mortuus eſt ſiſtendendus,committitur ſtipl̄o pęnalis etiã añ diē ſiſtendi,tñ non exigit̄ niſi illa tranſacta.h.d. ¶In tex.ibi[ante diem] hoc faciebat dubiū,qa ſi nondū uenerat dies ſiſtendi promiſſor non erat in mora, ergo ſi deceſſit ille ſiſtendus ſtipulatio pœnalis videbatur non committi per l.ſi deceſſerit. qui ſatiſd.cog.ſed eſt verum ſi nec eſſet in mora,nec in culpa, uel dolo,& moreret̄, ſed ex quo hic fuit ī dolo , perinde eſt ac ſi fuiſ-

2 ſet in mora, ut patet in l. ſi ſeruum.de ver.ob. †ubi non liberat̄ debitor

debitor interitu ſpeciei contingente facto debitoris, ēt ſi per
prius non fruerat in mora, quia illud factum pro mora hētur.
¶In tex. ibi [nam ante pœnam peti poſſit] præſupponit ergo
ꝙ ſtipl'o pœnalis ſit commiſſa ēt ante diem ſiſtendi, quia cer-
tum eſſe incipit ammodo ipſum ſiſti non poſſe, ut ēt proba-
tur in l. cum ſtipulatus ſim mihi a Proculo, de verb. ob. nō ſic
cõmittit̃ ad intereſſe, quod eſt pœna legalis niſi lapſo tpe, vt l.
inſulam intra biennium. e. ti. & dixi ĩ d. l. ſi deceſſerit. ¶In tex.
ibi [in diē collata eſſe] vr̃ ſupp. i. cõdõnem. ſ. ſi non ſiſteret, quæ
cõdõ cenſet̃ impleta poſtq̃ ammodo ſiſti non poteſt, & hoc
facit, vt ſtipl'o committat̃, ſed ſupereſt adhuc dies intra quem
ſiſti debebat, & hoc facit, vt non exigatur, ut ĵ. de verb. obl. l. in
illa ſtipl'one ſi Kalendis, quã tñ limita, & declara, vt ibi cum l.
hoc iure, quæ illi contrariatur, & ēt tetigi in d. l. ſi deceſſerit.

1 *Stipulatio de iudicio ſiſti quando extinguatur.*
2 *Actio ſubrogato loco alterius ſapit illius naturam, ut eodem modo extin-
guatur ſicut illa quando acceſſorie ſubrogatur. & nu. 1.*
Qualiter dicatur acceſſorie ſubrogari, ut principaliter.
3 *Actio iniuriarũ ante litem conte. non traſmittitur in hæredem, nec contra
hæredem.*
*Culpa quòd noceat, vt hic quando propter eam caſus non euenit, & an cõ-
mittatur ſtipulatio.*
*Actor ſi fecit quicquid potuit, ut conteſtaretur lis, & propter rei caullatio
nes remanſit, an tunc actio perpetuetur.*
4 *Ad perpetuãdam actionem, vel interrumpendam præſcriptionem, quæ for
ma ſit ſeruanda.*

1 §. Qui iniuriarum. † Stipl'o de iudicio ſiſti etiã
cõmiſſa extinguit̃, ſi actio
ſuper qua fuit interpoſita extinguat̃ morte actoris, vel rei etiã
ↄuentione partium, niſi culpa, vel mora rei hoc acciderit, ꝙ
extinguat̃, quia ſi ſtetiſſet non fuiſſet extincta. h. d. & ſemper
2 all. iſte §. ꝙ † actio ſubrogata loco alterius ſapit illius naturã,
vt eodem modo extinguat̃ ſicut illa, de quo per Bar. in l. j. ĵ. ſi
fa. fur. fec. dica. quod eſt verum, qñ ſubrogat̃ acceſſorie, ſecus ſi
a æque principl'r. [a] l. item illa. §. quod aũt adiicit̃. ĵ. de conſt. pec. &
dr̃ acceſſorie ſubrogari, qñ non ↄtinet̃ illud idem, quod erat ĩ
actione, ſed aliud, quod erat illi acceſſorium, ut hic patet, nã
in ſtipl'one iudicio ſiſti non promittebat̃ illud, quod poterat
exigi per actionem iniuriarum, tunc. n. non diceretur acceſſo
rie ſubrogari, ſed æquè principl'r, & non extingueret̃, vt d. §. qđ
aũt adiicitur. ſed promittitur ſiſtere, & ſic illud, quod accede-
bat actioni principali, & iſta eſt melior ſolu. ad illud cõtrariũ,
quam illa quam ponunt gl. & doc. quia non dant intelligere,
3 quæ dicatur ęquè principaliter, vel acceſſorie. † No. ꝙ actio in-
b iuriarum ante lit. ↄt. non tranſmittitur ad heredem, [b] nec con-
tra hr̃dem. item ꝙ licet ſtipulatio de iudicio ſiſti ſit commiſſa
pp hoc, ꝙ reus fuit in mora ſiſtendi, ſi tñ pp iſtam moram nõ
fuit extincta, quia poſito, ꝙ ſtetiſſet, nihilominus fuiſſet adhuc
lis cont. tpe quo alter ipſorum deceſſerit, extinguit̃ ēt ipſa ſti-
pl'o commiſſa, quia non fuit interpoſita pp ſe, ſed pp ipſam
principalem. Item ꝙ ſi nõ fuiſſet, extincta ſi ſtetiſſet, quia poſt
moram tranſiuit tñ tempus, ꝙ ſi ſtetiſſet fuiſſet lis cont. tunc
licet extinguatur actio iniuriarũ, tñ nõ extinguitur ſtipulatio
iam commiſſa, & iſta eſt intentio huius literæ, in fi. nocet er-
go culpa, qñ pp eam caſus non euenit, aliàs ſecus, vt in l. & in
totum. ĵ. de pœ. Et audiui a Bal. dicente ſe audiuiſſe a Bar. viua
voce, ꝙ hic in fi. erat caſus, ꝙ ſi actor fecit quicquid potuit, ut
conteſtaretur lis, & propter rei caullationes remanſit, ꝙ actio
perpetuatur tam ex parte temporis, q̃ ut tranſeat ad hæredem,
c acſi fuiſſet lis cont. ꝙ eſſet valde notabile ſi eſſet verum, [c] tñ
iſte tex. de directo probat oppoſitum, quia vult, ꝙ licet actio ĩ-
iuriarum non perpetuetur, ſed extinguatur, non propterea ex
tinguitur ſtipulatio iam commiſſa, de cuius natura non erat,
4 ꝙ per mortem extingueretur, † dic ergo, ꝙ ad perpetuandam
actionem, uel interrumpendam præſcriptionē, ſeruanda ē for
ma. l. ut perfectius. C. de anna. excep. cætera dic, ut in gl. p Bart.

ADDITIONES.

a ¶Principaliter. Amplia vt per eundem Pau. conſ. 121. inc. Iſta domina Liſa. ꝙ ſub
rogatum ſapit naturam illius in cuius locum ſubrogatur, etiam ſi ſubrogatum
in aliquo diſcreparet.
b ¶Ad hæredem. Limita ut per gl. no. in c. fi. de ſepul. & in gl. 16. q. 5. c. ſi epiſcopũ.
Bal. in l. vnica. ne ex deli. defunct. Ant. de Butr. in c. ſi diligenti de præſcri. quando
autem incipiat currere ann. an a die illatæ iniuriæ, an a die ſcientiæ, & an elapſo
anno ſit ſublata ciuilis, & naturalis, vide per do. de Rota deci. ſuis de iniur. & an
etiam ciuilis tollatur ſicut prætoria, de quo etiam per Ang. conſi. 95.
c ¶Verum. Dicit hic do. Iaſ. ꝙ cõis concl. eſt, ꝙ quando reus vadit per cauillatio-
nes, & ſubterfugia lis habetur pro conteſtata, acſi vere eſſet, vt hic per eum com-
probantē ſeptem mediis, cuius dicta verifica per ea quæ voluit Lu. Ro. conſ. 174.
& melius. 219.

LEX VI.

1 *Quòd etiam liber homo ſiſtendus eſt in eadem cauſa, quę erat tempore pro
miſſionis, & quando iſtud procedat.*
2 *Habens priuilegium exemptionis fori a principe non tenetur comparere co
ram iudice qui eum præuenit, & an id ſemper verum.*

1 SI quis in iudicio. † Etiam liber hõ ſi-
ſtendus eſt ĩ eadem
cã, quę erat tpe pmiſſionis, & vr̃ ſiſti in ea cauſa,
qñ ius non eſt mutatum, licet ſit mutatum factũ,
qa de diuite effectus eſt pauper, & ſic reddita eſt exactio diffici-
lior. h. d. cum prin. l. ſeq. ¶ † No. gl. q̃ eſt in l. qui aũt. in prin. ĩ dua
bus ſol'onib. quas ponit ad l. ſi quis poſtea. ĵ. de iud. nam ex pri
ma coll'r talis lĩtatio ad illam l. ꝙ dum ibi dr̃, ꝙ mutatio fori
ↄtingens poſtq̃ qs præuentus eſt ab vno iudice non eximit eũ
ab illo foro coram quo erat pręuentus, locũ hēt niſi mutet fo
rum ex aliquo priuilegio principis ↄceſſo, non ad ſui poſtula-
tionē, ſed pprio motu. Nã tunc ēt ſi ſit gñale priuilegium, pu-
ta ꝙ non teneatur rñdere niſi corã tali iudice, pderit ſibi etiã
quo ad iudicem coram quo erat præuentus, vt non teneat̃ co
ram eo in illa cã rñdere. ¶Ex vltima ēt collige aliã lĩtationē,
ꝙ ēt ſi erat ↄceſſum ad ſui poſtl'onem, ſi tñ non erat oĩno gñale,
ſed faciebat mentionem de illo iudice coram quo erat pūe-
tus, non tenebit̃ rñdere coram illo. & his duob. caſib. põt pce-
re principium iſtius l. & ideo q pmiſit eum ſiſtere non uideret̃
eũ ſiſtere in eadē cã, qa actor non p̃t eũ ibi ↄuenire. & ideo cõ
mittit̃ ſtipl'o, ↄ pmiſſorem ad intereſſe, quod intellige verum,
niſi ille ſponte offerret ſe paratum iudicium ſuſcipere non ob
ſtante priuilegio, ut l. j. ſ. ſi quis ĩ ius uoc. non ie. & l. ſi fideiuſſor.
in prin. q ſat. cog. ſi aũt priuilegium ſit gñale, & ↄceſſum ad ſui
poſtl'onem non pdeſt, & hoc vult verbum præuentus, ſed dēt
reſtringi ad futuras cãs, in qua op. fuit gl. in fi. & ita intelligi-
tur illa l. ſi quis poſtea.

2 *Licet deſinat intereſſe ſi tamen non deſinit damnum de præterito, non deſinit
actio ad intereſſe competere, & quando procedat. & nu. 1.*

1 QVi autem nouo.
§. Illud tenendum eſt. † Licet ho-
die non in
terſit mea in cauſa ſiſti, qa actio mea eſt extĩcta, ſi tñ intererat
ſiſti tpe quo ſibi debebat, quia non erat extincta, & pp morã
in ſiſtendo extincta eſt actio prima, non extinguitur actio mi-
hi orta ex ſtipl'one de iudicio ſiſti ad intereſſe. h. d. & allegatur,
2 † ꝙ licet deſinat intereſſe, ſi tñ non deſinat damnum de præte
rito, non deſinit actio ad intereſſe competere, & pone exem-
plum p §. q iniuriarum. & ſic reſtringe ad caſum qñ deſinit in-
tereſſe pp culpam, & moram rei, alias ſecus. ut ibi ĩ prima par
te, & l. ſi pcuratorē. §. ſi mandati. ĵ. manda. & de hoc artic. vide
per Cy. in l. ad comparandas. C. man. & Bar. etiam hic facit vnã
longam diſtinctionem.

LEX XIII.

1 *Si ſeruus promittat ſe ſiſtere tãquam litigaturus, vel promiſſionem ab alio
recipiat de ſiſtendo, non valet promiſſio, & quid ſi alius pro eo promit-
teret.*

1 QVoties ſeruus. † Si ſeruus promittat ſe ſi-
ſtere tanq̃ litigaturus, vel
promiſſionem ab alio recipiat de ſiſtēdo, nõ valet
promiſſio, cum in iudicio eſſe non poſſit. h. d. Et ſi
alius promitteret ipſum ſiſtere non vt cum eo litigaretur, ſed
pp aliud, bene valeret promiſſio, & idem ſi ipſemet promitte-
ret in cã in qua poſſet in iudicio ſiſtere, puta in criminali, vt ſ̃.
e. l. ſi quis ſeruum. & l. j. ſi ex nox. cau. aga.

LEX XIIII.

1 *Stipulatio procuratoris in cauſa pertinente ad dominum committitur ad in
intereſſe domini, non procuratoris.*

1 SI procurator ita. † Stipulatio procura-
toris in cã pertinente
ad dñm committitur ad intereſſe domini, non ad ĩ
tereſſe procuratoris, & ideo valet, licet de intereſſe
dñi nulla fuerit facta mētio, hoc dicit, & hoc qñ tãq̃ pcurator
ſtipulalus eſt, quod facere vr̃ eoipſo, ꝙ nominat ſe procurato-
rem, ut l. fin. ĵ. de inſt. de quo vide per Bar. l. i. §. i. de oper. no. nũ,
quod idem no. in l. 3. §. ſi forte. iudica. ſolui. idem ſi non ap-
pellauerit ſe procuratorem, tñ cauſa non poterat niſi ad domi
num pertinere, vt l. poſt mortem. §. j. quando ex facto tuto. ſed
ſi poterat pertinere ad ſe, non faciendo mentionem de officio
procuratoris, uidetur ſuo nomine actum feciſſe, ut l. & magis.
ĵ. de ſolu. ¶In tex. ibi [prope modum] q. d. prima facie uidetur,
ꝙ iſta ſtipulatio non valeat, quia non poteſt committi. Poſt-
quam. n. non fuit ſtipulatus pœnam non poteſt committi niſi
ad intereſſe. Sed ſua nihil intereſt, cum cauſa non pertineat ad
eum, ſed reſponde, ut ſequitur in uer. ſed cum alienum. quod
immo committitur ad intereſſe domini, & acquiritur ipſi pro
curatori directa actio ad dictum intereſſe, domino uero acqui
ritur utilis, quia interpoſita eſt in iudicio, ut l. in cauſæ, in fi. ĵ.
de procura. ſed extra iudicium regulariter ex ſtipulatione pro-
curatoris non acquiritur utilis domino ſine ceſſione, ideo ad
illam faciendam tenetur l. poſſeſſio quoque. §. & ſi poſſeſſio. de
acq. poſſ. & hic in gl.

LEX

LEX XV.

1 Si tutor iudicio. † Ex ſtipłone de iudicio ſiſti neceſſarius adminiſtrator finito officio non tenetur,nec patitur executionē ſententiæ.h.d. Bald.q autem ī voluntario,ut in procuratore,dic ut l.procurator, qui pro euic.ſ.de procu.per Bar.

LEX PRIMA.

1 *Citatio facta tempore feriato non valet,& quare.*
2 *Per citationem factam tempore feriato non interrumpitur præſcriptio , nec præoccupatur iuriſdictio.*
3 *Citatio vt quis compareat,vſque ad talem diem non eſt nulla,licet dies ſit feriata.*
Citatus, ſi tunc vult ante vltimam diem comparere,quòd debeat facere citari aduerſarium.
4 *Feriæ habent etiam locum in cauſa mota contra vniuerſitatem,licet vniuerſitas non occuparetur in reb.ruſticalibus.*
Non ſolum principales perſonæ debent gaudere feriis, ſed etiam acceſſoriæ, vt teſtes.
5 *Teſtes non poſſunt cogi comparere tempore feriato pro ferendo teſtimonio,licet partes renunciauerint feriis.*
Citatus tempore feriato ſi ſponte compareat, & non vult litigare,ſed petat aduerſarium condemnari in expenſis,an hoc poſſit.
Quid ſi eſſet ſuſpectus,& feriæ multum durarent, quòd poſſit compelli ſatiſdare de ſtando in iudicio finitis feriis.

a *De feriis,[a] & dilationib. & diuerſis temporibus ex quib.cauſis feriæ non impediuntur. Rub.*

1 NEquis meſsium. †No. in hoc prin. ꝙ citatio facta tempo-
re feriato non valet ipſo iure,quia non arctat cita-
tum, ut patet in verbo compellendi non ſunt, qđ
2 ēt tenet gl.in proximo §.quæ incipit hic no.in fi.† Ex quo ſequi
tur,ꝙ per eam non interrumpitur pſcrip.ut not. in l.ſi pr. C.ne
de ſtatu defun.nec poccupatur iuriſdictio, vt no. in l.cum plu-
res.de offi.de.lib.vj.ſed ꝯ de c.cum dilectus.de dolo,& cōtu. vbi
tenetur comparere finitis feriis , ergo tenuit cit.ſolu. interdum
quis citatur,ut compareat tali die,& illa dies eſt feriata,& tunc
procedit,quod dixi,nec puto, ꝙ teneatur comparere, poſtq̃ ci-
tatio fuit vitioſa,& peccauit in forma. vt in l.ii.in fi. ſ.ſi quis in
3 ius voc.non ierit. † aut fuit citatus,ut compareat vſq;ad talem
diē,& illa dies erat feriata,& tunc citatio non eſt nulla, quia n̄
eſt citatus pro illa die, ſed ēt ꝑ aliis,quæ ſunt vſq; ad illam diē.
Vnde ſi non poteſt comparere dēt illam diem præuenire. dēbit
tn̄ tunc facere citari aduerſarium, quia eſt incertus qua die cō-
parere debeat, licèt qn̄ compareat in vltima die termini nō re
quiratur citatio aduerſarii,vt no.Bart.in l.item illa.de conſtitu.
pecu.& in l.qui ante calendas.de verbo.obli.& per gl.in clemē.
q̃uis.de appel.Si autem non poteſt ante comparere,debet poſt
4 q̃ primum poteſt,& iſte eſt caſus in d.c.cum dilectus.¶ †In glo.
q̃ incipit bona rō ibi, tu dic iſta uera, & ideo etiam in cā mota
ꝯ vniuerſitatem hn̄t locum feriæ,licet uniuerſitas non occupe
tur in rebus ruſticalib. ſed poſſit ſe defendere per ſyndicum , ut
5 no.in c.fi.de iud.per Inn.¶In gl.ibi per alios teſtes.¶No.ꝙ†non
ſolum principales perſonæ debent gaudere feriis,immo etiam
acceſſorie, ut teſtes. Vnde tempore feriato non pn̄t cogi com-
parere pro ferendo teſtimonio.pone.n.ꝙ partes renunciauerūt
feriis,vt in proximo §.certe.hoc nō nocebit aliis,ut poſſint tra-
hi in iudicium pro ferendo teſtimonium, & hoc voluit glo.C.
eo.in l. omnes.la.ii.in vlti.gl.& adde pro eo,quod ſ. dixi.de cita
6 tione facta tempore feriato,† quod plene no.in Spe. de cita.§.j.
b ver.ēt excipitur,ꝙ citatio fit ad diem feſtiuā,[b] & in §. viſo.verſ.
ꝙ ſi aliqua , ubi dicit,ꝙ licet citatus non teneatur comparere
die feriata,ſi tn̄ comparet ſponte , nec vult litigare,ſed petit ad
uerſarium condemnari in expenſis, quia temere fecit ipſum ci
tari,debet condemnari, & requiritur noua citatio,quod perpe
c tuo tene menti.Et adde,ꝙ etiam ſi eſſet ſuſpectus,[c] & feriæ mul
tum durarent, poſſet compelli ſatiſdare de ſtando in iudicio fi
nitis feriis,arg.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.fina. de adult.

ADDITIONES.

a ¶Feriis.Sed quid ſi feriæ citius inducantur in loco rei,quia fructus citius maturantur,antequam in loco actoris,vel iudicis , vel vbi cauſa ducitur,quid ſit attendendum.vide in tit.de feriis.per Spec.§.j.verſ.ſed pone.
b ¶ Feſtiuam.Adde Fed.conſi. 244 .& xj.do.de Ro,deciſ.ſuis.de fer.in nouis.vbi an per edictum die feriata,quis citari poſsit.
c ¶ Suſpectus.Tamen ſi citetur a iudice incompetenti poteſt allegare incompetentiam ſecundum Fran.de Are.conſ.95.& Pet.de Anch.conſi.160.

1 *Feriis meſſium,& vindemiarum,quòd renunciari poſſit.*
2 *Feriis repentinis, quæ inducuntur ob publicam vtilitatem,vel gratulationē renunciari non poteſt.*
3 *Renunciatio feriarum debet fieri,ante latam ſententiam,vel factum proceſſum,ſed ſi fieret poſt, tunc ſententia nulla non reconualeſcit.*
Procuratores partium poſſunt renunciare feriis,ſi hoc non tendit in præiudicium domini.
4 *Citatio licet non valuerit,ex quo tamen,pars eſt præſens, quòd valeat ſententia lata contra ipſam,& ſi nunquam fuiſſet citata.*
Abſens,& non comparens non dicitur conſentire in eo , quod fit contra ipſum.
5 *Citatio quando non tenet,quicquid fit contra citatum,& non comparētē eſt ipſo iure nullum.*
Iudex,qui miniſter iuſtitiæ non poteſt aliquid immutare in cauſis, quæ agitantur coram eo,de his,quæ ſunt diſpoſita,& determinata a iure.
Vnde non poteſt prorogare inſtantiam cauſæ principalis,vel appellationis.
Si audit excommunicatum,uel bannitum,non obſtante exceptione,& procedit in cauſa proceſſus eſt nullus.
6 *A ſententia nulla non eſt neceſſe appellare.*
Quòd poſſit peti declarari nulla.
An ſentētia lata ſuper illa nullitate dicatur diffinitiua,uel interlocutoria,& quomodo poſſit pronunciari.& num.9.
7 *Si partes in inſtrumento compromiſſi renunciauerunt feriis , vel dicatur in eo,quòd arbitri poſſunt procedere,& pronunciare dieb.feriatis,tunc arbitri acceptando compromiſſum videntur in hoc conſentire, ut poſſint etiā eo tempore compelli iudicare.*
8 *Si peto annullari,vel infirmari aliquem actum,qui ſit ipſo iure nullus petitio non eſt incepta,& intelligitur,id eſt infirmum pronunciari,& reuocari quatenus de facto proceſſit.*
9 *Sententia,quando, & vſque ad quantum tēpus poſſit peti declarari nulla.*

1 §.Sed ſi prætor. † No.ꝙ feriis meſſiū,& vindemia-
rum pn̄t partes renunciare,[a] & ſic
patet,ꝙ ſunt introductę ad priuatam vtilitatem non ſic ī feriis
inductis in honorem Dei,& ſanctorum,de quib.in hoc titu.ni
hil dr̄,quia tunc non erant cognitæ,ſed C.e.ti. tractatur in plu-
rib.legib.ꝙ in illis renunciari non poteſt,ut no.ſ.e.l. ſi feriatis.ī
2 gl.† nec ēt feriis repentinis, quæ inducuntur ob publicam vtili
tatem,vel gratulationem,ut no.in cle.ſępe.de verb.ſi.ſuper ver.
3 feriarum.¶†Et no.quia dicit Cy.notab. C.de arb.l.cum antea.ī
fi.ꝙ iſta renunciatio debet fieri ante latam ſententiam , vel fa-
ctum proceſſum,ſi autem poſt ſn̄īam, tunc nihil prodeſſet, ut
faceret recōualeſcere ſn̄īam,quæ nulla erat.Sed an procurato-
res partiū dn̄t renūciare feriis, dic ꝙ ſic ſi hoc non tendit in prę
iudicium dn̄i,quia iſta eſt exceptio dilatoria.ar.l.ſi fideiuſſor.§.
q̃dam.ſ.mand.ſecus in peremptoria,cui procurator renuncia-
re non poteſt , quia haberet vim dōnis,vt l.ſi quis delegauerit,
de noua.ad quod vide,quod no.Bar.in l.fi.in prin.quę in fraud.
4 cred.& Inn.in c.cum olim.de offi.dele.ante fi.¶ † Item not.hic
ꝙ licet citatio non valuerit,ex quo tn̄ pars eſt præſens,valet ſē-
tentia lata ꝯ ipſam,& eod.modo,ſi nunq̃ fuiſſet citata,circa qđ
vide,qđ dixi in prin.l.i. ſ.de in ius vo.¶In verſ.ſinaūt.not.ꝙ ab-
ſens,& non comparens non dr̄ conſentire in eo,quod fit con-
tra ipſum, & ideo ſi iudex eſt incompetens,& procedit contra
abſentem ēt citatum , ſemper poteſt opponi de incompetētia,
quia non cenſetur prorogata iuriſdictio , ſicut hic non cēſetur
5 renunciatum.C.de epiſc.aud.l.ſi qui ex conſenſu.¶†Item not.
ꝙ qn̄ citatio non valet,quicquid fit contra citatum , & nō cō-
6 parentem eſt ipſo iure nullum.¶Item†no.in uer. neque enim,
ꝙ iudex,qui eſt ſimplex miniſter iuſtitiæ , non poteſt aliquid ī-
mutare in cauſis,quæ agitātur corā eo , de his quæ ſunt diſpo-
ſita,& determinata a iure, facit ſ. de oper.li.l.cerdonem.vn̄ nō
poteſt prorogare inſtantiam cāæ principalis,uel appellationis.
Et etiā vr̄,ꝙ ſi opponatur exceptio, q̃ hēt impedire ingreſſum
iudicii,ut in c.j.de lit.ꝯt.li.vj.uel excommunicationis,uel bāni,
& ipſe hoc non obſtante audit excōicatum,uel bannitum,& ꝓ
cedit in cā,tn̄ quod fecerit in contemptum iuris non ualebit,
nec proceſſus,ad quod vide,quod no. in c.inter monaſterium.
7 de reg.iur.in nouella,per Ioan.And.¶†Vlt.no.ꝙ a ſentētia nul-
la non eſt neceſſe appellare.Item poteſt peti,ꝙ declaretur nul-
la,ut hic in tex & gl.ſuper verb.infirmabat̄,& quo iure hoc pe-
tat̄,vide Bar.in l.q̃ ſub ꝯdōne.§.fi.de ꝯd.inſt.& in c.fi. de officio.
iudicis, ꝑ Inn.& an ſit neceſſaria hęc declaratio uide per eūdē
Bar.in l.cum prolatis.ſ.de re iud.& C.de ſent.q̃ ſine cer . quanti.
l.fi.Et an ſententia lata ſuper iſta nullitate dicatur diffinitiua,vl̄
interlocutoria,uide Inn.in c.ut litis,de procura. qui tenet,ꝙ ſit
diffinitiua,quod eſt verum ſi principaliter fuit hoc petitum, ſe-
cus ſi incidenter ſm Bal.& bene, quia ſn̄īa lata ſuper incidenti
eſt ſemper interlocutoria , & facta iſta pronunciatione omnia
geſta,& attenta uirtute talis ſn̄īæ retractantur,ut no. in c.ex la-
8 tione.de procura.¶†In gl.quæ incipit hic no. tria,ibi, & dic ꝙ
ibi partes conſenſerunt , hæc cōiter tenetur, ſed vr̄ ꝯriari ei,qđ
dixi in l.præcedenti,quia conſenſus partium renunciantium fe
riis non vr̄ prejudicare arbitris,ut tempore feriarum compellā
tur iudicare, ſed reſponde ſm Bald.& Ang. ꝙ iſta glo.debet in-
telligi,

ADDITIO.

a ¶ Renunciare.Vide Alex.conſ.36.col.pe.in fi.& ſeq.in 2.lib.& quando exceptio feriarum debeat proponi , vide per eundem Pau.conſil.213.& quando poſſit renunciari feriis? vide latiſsime in repet. clem.ſæpe conſil.88.in princ.cle.Franci.Curt.

telligi,qñ partes tpe cõpromiſſi renunciauerunt feriis,ut quoti die videmus,quia in inſtro compromiſſi dr̃, ꝙ poſſint procedere,& ꝓnunciare dieb.feriatis. nam tunc acceptando compromiſſum et ipſi arbitri vñr in hoc aſſentire.l.iii.§.i.ĵ.de arbitr.vñ pñt compelli rõne præcedentis conſenſus,ſecus ſi hoc non fuiſſet dictum in inſtro,ſed poſtea partes renũciaſſent feriis, quod tenẽ menti,ſm eos.¶In glo. ibi [aliquid de iure relaxat]hoc ẽ verum in his,quæ concernunt partium fauorem , ſecus in his
a quæ ſunt in ſolennitate iudicii,vt eſt datio libelli,[a] litis cõteſtatio,& ſic de ſimilib.vt no.in l.j.de lit.cont. & in c.de cauſis.de offi. deleg.& in Au h.de exhi.reis.§.i.& in cle.ſæpe, de ver.ſig.p Ioã. And.& Pau.de Leaza.¶In gl.ibi , dic,ꝙ ſic.de hoc eſt caſus ĩ c. tuis.extra de teſt.& vide Spec.de teſt.§.ſequitur.verſi.& no.ꝙ requiritur iudicis authorita .¶In gl.ibi, [item in tertium]dĩ hoc
8 p Dy.in c.q ɔ ius.de reg.iu.¶In gl. fi.ibi,infirma eſſe oſtendetur. no.iſtam expoſitionem per quã patet, ꝙ ſi peto annullari aliquem actum,q ſit ipſo iure nullus,petitio non eſt inepta, quia debet exponi.i.infirmum pronunciari, & reuocari quatenus dẽ facto proceſſit.facit l.ex empto.§.qui vina.de act.emp.ut li.non cont.& idem ſi iudex ita pronunciat , ut ſententia non ſit nul-
9 la.¶†In gl.ibi [reſp ondeo] no.iſta gl. ſp allegatur,ꝙ ſi appellatẽ a ſententia nulla quo caſu ẽt nullitas deuoluitur ad iudicem appellationis,vt l.qdam mulier.ſa.erc.ꝙ poteſt ſuper ea ꝓnunciare dicendo ſupflue appellatum , quia ſñia eſt nulla , & licet deſeratẽ appello,& eius inſtantia,non ppea ſñia reconualeſcit, intellige tñ ſane,vt poſſit poſtea ẽt vſq; ad xxx. ann. peti, ꝙ declaretẽ nulla principalr agendo,quia iuri dicendi de nullitate ñ ꝓfigitur tp̃s a iure eo mõ,quo ꝓfigitẽ appeltoni , tñ uirtute illius inſtantiæ cãæ appellationis, cum illa ſit perempta,non põt am modo iudex ſuper nullate pronunciare,licet potuiſſet ſi perempta non eſſet,& voluit Inn.in c. ſæpe. de app.& vide quod not. Bar.in l.ſi expreſſim.e.ti.

ADDITIO.

a ¶ Datio libelli,& lit.cont. Die feriata an libellus poſsit iudici præſentari,vide per Rom.conſi.100.

1 *Feriæ inductæ ob neceſſitatem hominum,reducũtur omnes ad duos terminos, ſcilicet propter cauſam neceſſitatis,& propter cauſam pietatis.*
2 *Illud,quod inducitur propter neceſſitatem , cenſetur inductum eatenus quatenus neceſſitas vrget.*
Actor poteſt etiam ipſe vti beneficio feriarum.
3 *Cauſa alimentorum poteſt agitari tempore feriato,& quando non.*
4 *Poteſt quis iudicem adire principaliter, & petere declarari ſe eſſe maiorem xxv. annis,ut ſic poſſit libere contrahere , & an hoc poſſit fieri tempore feriato.*
5 *Si aliquis eſt vulneratus,& dubium eſt,an ex vulnere ſit remanſura cicatrix,& ſic neceſſe ſit adhibere medicos,& peritos,quòd hoc poſſit fieri tẽpore feriato.*
6 *Teſtes ſenes,& valetudinarii ſicut poſſunt examinari ante litem conteſtatam,ne pereat probatio,ita & tempore feriato propter meſſes.*

1 §.Sed excipiuntur.†Not.in hoc §.cum l. ſeq.& ſequenti plures caſus notabiles,in quib.non habent locum feriæ inductæ ob neceſſitatẽ hominum, & omnes reducuntur ad duos terminos.ſ.pp cãm neceſſitatis,& pp cãm pietatis.vñ Spec.in ti.de feriis.§.ii.vbi etiã ponit plures alios caſus , dicit ꝙ cãæ miſerabilium perſonarũ,
2 pñt retractari tpe iſto feriato,& no.ex†hoc.§.duo.Primum,ꝙ illud,quod inducitur pp neceſſitatem , cenſetur inductum eatenus quatenus neceſſitas vrget.facit l.ſenatus.de officio pręſidis. & ĵ.de iu.l.ſed & ſi reſtituatur. §. ſed & ſi dies. ¶ Item no.in fin. ver.alterutro,ꝙ ẽt actor poteſt vti beneficio feriarum . uidebatur ɔrium poſtꝙ incœpit litẽ pro reo volente litigare tempore feriato,non poſſet actor ɔdicere,ſed ɔrium patet hic ſm Ang.
3 & Bal.¶†Item in l.ea.no.ibi,dum dicit aliunde conſtituanẽ, ꝙ cã alimentorũ agitari põt tpe feriato . Gul.de Cu.dicit hoc ve-
a rum,qñ petũtur iudicis offõ,[a] puta a filio,vel a patre,vel ab vxore vidua q̃ nõ habuit adhuc dotem ſuam , quia tunc cenſetẽ peti ex cauſa pia, cum iſtud ius petendi non oib.competat,ſed quib.pietas ſuadet,ſecus ſi iure actionis petuntur,quia fuiſſet legata,nam iſtud põt competere cuilibet ẽt diuiti , & uide quod
4 no.Bar.in l.fi.ĵ.de ap.reci.¶ †Item no.dum dicit ętates probantur, ꝙ quis põt iudicem adire principaliter, & petere declarari ſe eſſe maiorem xxv. ann. vt ſic poſſit libere ɔhere , ad hoc ĵ.de mino.l.minor annis adito pſide, & per Bart.plene in l.de ætate. e.ti.ubi alle.iſtum tex.ad hoc, & ꝙ poteſt fieri tempore feriato
5 pp meſſes.¶†Item no.ibi[aut vt aſpectu atrox iniuria æſtimetur &c.]exẽplificãdo aliter q̃ gl.dic,ꝙ ſi aliquis eſt vulneratꝰ,& dubium eſt an ex vulnere ſit remanſura cicatrix, vel non, quia ſtatutum imponit maiorem pœnam , & ſic ſit neceſſe adhibere medicos,& peritos,ꝙ hoc poteſt fieri tempore feriato,& poſſunt referre iudicium eorum,quia hoc non faciunt iudicialr,dẽ hac cicatrice hr̃ in l.quæritur.ĵ.§.fi.ĵ.de ædi.edic.& de ſer.fug.l.i.dẽ
6 vſufr.l.locum.§.proprietarius.† No.ẽt in gl.quę incipit,quia facile,ꝙ qñ examinantur teſtes ſenes , & valetudinarii, pñt ante
* lit.cont.examinari ſi ſunt tñ ita debiles,ut ad iudicium venire non poſſint, dẽnt in domib.eorum examinari * ne pereat probatio.vt c quoniam frequenter,ut lit.nõ cont.ita & tempore feriato propter meſſes.

ADDITIO.

a ¶ Iudicis officio.Intellige,& cum a filio,vel patre,vel ab inope,aliàs ſecus,etiam ſi ſtatutum diceret,quòd in cauſa alimentorum procederetur die feriata,vt voluit Franc.de Are.conſ.97.An autem cauſę electionum poſsint die feriata tractari,vide per Ioan.An.hoc tit.

LEX IIII.

1 *Feriæ meſſium , & vindemiarum a quo tempore incipiant,& vſque ad quãtum tempus durent.*
2 *Feriæ meſſium, & vindemiarum dicuntur feriæ indictæ per hanc l.ſed illæ quæ ſunt in honorem Dei,dicuntur ferię ſolennes,& ſunt ordinariæ.*
Extraordinariæ feriæ dicuntur repentinæ , quæ ex caſibus inopinatis inducuntur,& inducuntur ſolum a ſuperiore,non a iudice.

1 PRæſides prouinciarum.¶†Spec.u.i tit. de feriis.§.i.dicit, ꝙ de iure cõi ferię meſsiũ incipiũt 8.calẽdas Auguſti, & feriæ vindemiarum incipiunt x calendas Septembris,& durant vſq; ad idus Octobris,& ſic licet iura dicãt,ꝙ ſint duorum menſium,tñ continent plꝰ,& minus.Quicquid tñ ſit,conſuetudo loci ſeruanda eſt, vt hic patet,
2 & per ſtatutum ſolet in hoc prouideri.†Dicit ẽt ꝙ ferię meſſiũ, & vindemiarum dñr feriæ inductę per hanc l. ſed illæ quæ ſunt in honorẽ Dei,dñr feriæ ſolennes,& iſtæ ſunt ordinarię.Sed extraordinarię dñr repentinæ,q̃ ex caſib.inopintatis inducuntur, vt ĵ.quib.ex cauſis maio.l.ſed ſi prætorem.§.feriæ.cum ſequen. vbi hęc uerba probantur, iſtæ tñ repẽtinæ non pñt induci, niſi
a a ſuperiore,non autem a iudice.[a] vt C.eo.l.nullo.& hic in glo.l. pridie calendas Ianuarii.ſequitur l.pridie calendas.

ADDITIO.

a ¶ Non autem a iudice.Adde quod populus etiam non recognoſcens ſuperiorem poteſt inducere tales ferias repentinas,& quis ſit talis populus , vide per Bar .in l. hoſtes.infra de capti.in l.non ambigitur. ſupra de legib. in l.j.§. de qua.infra de poſt.& de iſtis feriis repen.adde,ꝙ ſi quis ex inductione ipſarum lęditur, ꝙ reſtituitur in integ.d.§.ſi feriæ.& per gl.in cle.ſępe.de verb.ſig.& per Mod.in c.fin.de feriis.Fran. Cur.

LEX V.

1 PRidie calẽdas.† No. ꝙ licet officiũ, qdẽ incip.in calendas Ianuarii duraturũ p annũ , duret vſq; ad alias cal. excluſiue,tñ vltima die anni officialis offõ nõ poteſt exequi,licet adhuc non ſit priuatus offõ , nec iuriſdõne , & ſic hẽt habitum,ſed non actum,& hoc eſt vtile , quia de conſenſu partiũ poſſet fieri prorogatio de habitu ad actũ,per no.p Inno.in c.prudentiam.de offic.deleg.& no. in l. iii. ĵ. de iud.poſſet ergo de conſenſu partium proferre ſententiam,& ualeret. Scias tñ ꝙ ſm varias conſuetudines locorum,aliqñ per paucos,aliqñ plures dies ante ſi.officii perdit executionem, licet non officiũ,ut Florentiæ, quia bñ per octo, vel decem dies ante finitum officium auferuntur ſibi libri,& acta. Vnde dñt quod poteſtas perdit acta.i.non poteſt ampliu, exercere officium in cauſis.

LEX VI.

1 *Cauſa nullitatis an impediat executionẽ ſententiæ,ſicut cauſa appellationis & num 2.*

1 SI feriatis diebus.†Not.in hac l.ꝙ exceptio nullitatis ſẽtẽtię impedit executionem, quia dicit, ꝙ nõ cogitur ſoluere iudicatum,hoc eſt ucrum, quando nullitas apparet ex tenore ſententiæ,uel poteſt de facili probari , alias ſecus, quia fit executio præſtita cautione de reſtituendo ſi apparebit de nullitate,ut not. in l.iiii. §. condemnatum. infra. de re gu.iur.& ibi per Barto.Item ſi poſſet etiam de facili probari , & haberet probationes in promptu , ſi tamen ſunt latæ tres ſententiæ diffinitię conformes,licet omnes allegentur nullæ,nõ poterit impediri executio per exceptionem nullitatis,ut eſt ho
a die expreſſum in cle.ut calumniis.[a] de re iud. Et prædicta procedunt,quando executio inchoaretur prius, & contra eam oppo
2 neretur exceptio nullitatis. † Sed quid ſi prius inchoatur cauſa nullitatis per modum agendi,implorando iudicis officium,& petendo ſententiam declarari nullam,quod fieri poteſt.ſupra, eo.l.j.§.i.in fin.in uerſicu.infirmabitur, an pendente hac cauſa nullitatis debeat ſuperſederi executio , ſicut ſuperſedetur pendente appellatione ? dicit Innoc. in capitul.cum iure. de offic. deleg.quod non meminit ſe legiſſe, ſed dicit videri ſibi , quòd non impediatur executio.dic ut ibi per doc . & ɔrium vidi ſeruari

ADDITIO.

a ¶ Vt calumniis.De hoc vide pulchre per Ol.conſi.106.vbi i facto conſuluit. Adde tamen ſi opponitur de nullitate reſultante ratione defectus iuriſdictionis,talis exceptio habet impedire exceptionem dictarum trium ſententiarum conformium. ita Dom.Alexand.de Imo.in ſuo conſi.77.colum.4.ver. præſuppoſitis ergo. in ij. volum. Item impediretur executio ſi notorie conſtaret de nullitate.ita idem Do. Alex.conſi.107.colum.fi.verſ.ex alio etiam capite.in iiij.volu. alle.Lud.Rom.hic. & in l.ſi vero.infra.ſol.mat.in 32.fallentia.Cur.

uari Florentiæ. Vnde cauti procuratores præueniunt in monendo iudicium nullitatis, vt eo pendente nihil innouetur.

LEX VII.

1 *Ad probandum non debet dari in cauſis ciuilib. niſi vna dilatio, ex iuſta tamen cauſa poſſunt dari plures.*

2 *Dilatio data ad probandum eſt peremptoria etiam ſi non dicatur in ea, ſecus in dilatione quæ datur ad veniendum, niſi ſit aliud quod habeat vim peremptorii.*

3 *Vt plures dilationes dari poſſint quæ requirantur, et qualiter dari debeãt, & an poſſit dari quinta, vel etiam plures.*

4 *Quando poſt renunciationem ad probandum, vel concluſionem in cauſa admittatur noua dilatio, etiam abſq; reſtitutione in integrum.*

5 *Probationes factæ non data dilatione ꝑ iudicem, qñ valeant, & an tunc valeat ſña, & quid ſi termino dato ad probandum nullæ probationes fiãt.*

6 *Poteſt dari vna dilatio ad probandum per inſtrumenta, & teſtes, ſed communiter datur prima dilatio ad probandum per teſtes, & alia poſtea ad producendum iura ſua, vt inſtrumenta, et an tunc intra primam poßint produci inſtrumenta, & quid econuerſo.*

7 *Terminus producendi inſtrumenta eſt vſque ad concluſionem in cauſa, & quid ſi aliàs terminus ſit a iudice præfixus.*

1 ORatione quidem †In iſta l. tractat de ſecunda parte
rubricæ, & ēt in l.ſeq. & habent vtilem materiam.
Ad probandum non debet dari in cauſis ciuilib.
niſi vna dilatio, ex iuſta tñ cã ꝑñt concedi plures. h.d. in cauſis
2 vero criminalib. dic, vt in l.fi.in fi. ¶†In tex.ibi [pluriſq̃ ſemel]
cum hoc concordat principium l.fi. & ex hoc cõiter dñt Doc.
ꝙ dilatio data ad probandum eſt peremptoria, etiam ſi nõ dicatur in ea, qđ patet, quia perimit ius probandi, cum amplius
dari non debeat ſine iuſta cã, non ſic in dilatione, q̃ datur ad
veniendum, vt audiat ſñiam, quia non dr̃ perẽptoria, niſi hoc
dicatur, vt l.ad peremptoriũ.ſ̃.de iud. vel niſi ſit aliud, qđ hẽat
vim peremptorii, vt l.tres denunciationes. C.quõ, & qñ iudex.
& eod.tit.l.j. & habet locum, quod hic dr̃ ſiue dilatio ad probandum detur ante lit.conte.ad aliqd incidens, vel emergens,
ſiue etiam poſt, licet qdam diſtinxerunt dicentes, ꝙ dilatio ante lit.cont. nunq̃ eſt peremptoria, ſed data poſt ſemp eſt perẽptoria, q̃ diſtinctio eſt falſã, vt dicit Spec.in tit.de feriis. ꝙ non
meminit ſe hoc legiſſe. Non ergo in hoc fienda eſt dñia, ſed ad
3 qd detur, an ad probandum, an ad veniendum. ¶ † In tex.ibi
[cã cognita] quia ſi fuit impeditus dabitur tertia, & ſic de ſingulis, vnde plures dilationes dari poſſent ratione impedimẽti.
Et ſic illud verſ.iterum. ſumitur pro ſæpius.i.quoties opus fuerit ſubſiſtente iuſta cã, vt l.veluti.§.hæc vox. ſ̃. de eden. & hoc
modo dẽt limitari primum dictum l.fi.ſ̃.eo. q̃ ſuppletur ꝑ hãc
a l.Gl.tñ vr̃ ibi ſentire, ꝙ vſq; ad quintam [a] dilationem dari põt
ratione impedimenti, quinta aũt non eſt danda. Spec. vero in
tit.de dilatio.§.videndum.ver.in ſumma. intelligit aliter, ꝙ prima detur cum modica cauſæ cognitione, in qua vertũtur iſta
quatuor.ſ.ꝙ petatur, quia non petenti nõ datur, & ꝙ non calumnioſè petatur, & quod detur ſm diſtantiam locorum, ꝙ
non inſtat tp̃s inſtantiæ pereundæ. Secunda vero datur cũ maiori cauſæ cognitione, quia requiruntur ꝑdicta quatuor, & vltra hoc, ꝙ fuerit impeditus in prima, & de impedimento ſtatur eius iurõ. Tertia vero, & quarta datur cum maxima cauſæ
cognitione, qa requiruntur ꝑdicta quinque, & non ſtatur iurõ
de impedimento contingente in ſecunda, ſed debet probari ꝑ
teſtes. Quinta vero dilatio nunq̃ datur, ēt ſi probetur impedimentum ꝑ c.vltra tertiam.de teſtib. & ꝑ auth.at q ſemel. C.de
probatio. & in corpore vnde ſumitur, Bal.in l.fi.ſ̃.eo. melius di
b cit, ꝙ probato impedimento ēt quinta, [b] & ſexta, & vlteriores
poſſent dari, nam ſic dictat naturalis ratio. In hoc tñ dicit verum, qñ in primis non fuerunt aliq teſtes producti, vel nõ fuerunt examinati, ſi autem in ꝑcedentib. fuerunt factæ quatuor
ꝓductiones teſtium, & fuerunt teſtes examinati, non datur quinta dilatio, vt fiat quinta productio, & ſic loquuntur dicta contraria, qa ꝑſumitur didiciſſe teſtificata ꝑp tot productiones, &
examinationes. Nam & ſi intra primã dilationem feciſſet quatuor ꝓductiones, & adhuc ſupereſſet de prima, non admitteretur ad quintam productionem, multo minus ad ſecundã di
4 lationem, & iſta eſt ipſa veritas. †Dicit ēt Inn. eleganter in c.cũ
veniſſet.de teſtib. ꝙ ſicut ſubſiſtente iuſta cauſa poſt lapſum dilationis auditur quis ad petendum nouã dilationem, vt hic,
ita poſt renunciationem, & conclõnẽ ad probãdum, qđ prius
non probauerat, & plus vr̃ ſentire, ꝙ ēt ſine noua dilatione debeat admitti, & abſq; reſtitutione in integrum ipſo iure. Quod
intelligo verũ, qñ probatio poſt renũciationẽ, & conclõnem
nouiter deuenitur ad eius notitiã, vt ſi inuenit inſtrm ſolonis,
& de hoc fidem faciat, vel teſtes de nouo ſupuenerunt, quos
prius ignorabat, non autem ſufficeret aliud impedimentum
contingens in ꝑcedenti dilatione, quia eſſet ſibi imputandum
quare renunciauit probationib. iam factis, & quare ꝑmiſit cõ
c cludi. [c] ſed non ſic imputandum eſt in his, q̃ de nouo ad eius
notitiam ꝑuenerunt. Vr̃ ēt hic ꝓbari dum vult, ꝙ debeat concedi noua dilatio ad probandum, ꝙ ꝓbationes factæ nõ data
dilatione ꝑ iudicem non valeant. In ꝯrium vr̃ tex. in l.cum a
5 nobis. C.de dilatio. †& ibi dixit Bald. non vitiari proceſſum. licet in eo non appareat aliquam dilationem fuiſſe partib. conceſſam, quod eſt notandum. Tu dic hoc verum eſſe ſine dubio, vbi dilatio nõ erat de iure concedẽda, vt in crimine adulterij, vt ſ̃.de adulte.l.in crimine. & etiam vbi erat concedenda
ſi reperiuntur factæ probationes ꝑ aliquam partium, licet nõ
data dilatione, & ita intelligo l.cum a nobis, ſed ſi nullæ reperiuntur probationes factę non poſſet ferri ſña diffinitiua, etiã
abſolutoria, quia non poſſet dici non probatũ, ſed nihil ſufficienter agitatum, & ideo debet ferri ſña abſolutoria ab obſeruatione iudicij, vt eſt caſus in l.properandum.§. & ſi qdẽ. C.
de iudi. & ſi contrafecerit, non valeret diffinitiua ſña, tanq̃ lata ſine cauſæ cognitione, ꝑ no. in l.prolatam. C.de ſent. & ĩter.
om.iud. & in l.ij.de ſenten. ex peri.reci. Sed ſi fuiſſet datus terminus ad probandum, & nullæ probationes eſſent factæ, bene
poſſet ferri diffinitiua ſña abſolutoria, vt l.qui accuſare. C. de
eden. & vr̃ de mente Bar.in d.§. & ſi quidem. & in l.admonẽdi.
6 ſ̃.de iureiur. ¶†Vlt. vr̃ hic tex. dum dicit inſtrorum, & teſtium,
ꝙ poſſit dari vna dilatio ad probandum ꝑ inſtrã, & teſtes, cõiter tñ datur prima dilatio ad probandum per teſtes, & alia poſtea ad ꝓducendum iura ſua.i.inſtrã, & tunc intra primum terminum non poterunt produci inſtrã, quia termini non debẽt
confundi, & hunc caſum habui de facto Florentiæ, nec econuerſo in termino ſecundo debent produci teſtes, & hoc determinat Spec.in tit.de dilatio.§.videndum.verſ. ꝙ ſi data eſt dilatio, & verſ.item no. Sed vbi non eſſet iſta diſtinctio terminorũ
ex forma ſtatuti, & daretur dilatio ad probandum, intelligeretur data ꝑ omne genus probationis, & ſic tam inſtrã, q̃ teſtes
pñt produci, & ea lapſa non admitteretur ad producẽdum teſtes, vel inſtrã ſine cã impedimenti, caſus eſt hic, & hoc tenet
Spe.eo.§.item quid ſi data eſt, licet qdam tenuerint contrariũ
quantum ad inſtrã, ſed non habent in ſe rationem ſi non potuerunt produci, qđ etiam illi fatentur. ergo lapſus dilationis
impedit amplius ea produci, aliàs qd operaretur dilatio, vt di
7 cit gl.in l.j.§.cum dr̃.ſ̃.ſi cui pluſ q̃ ꝑ l.Falcidiam. per†hoc etiã [d]
d determinatur illud, de quo plurimum dubitatur, an poſt lapſum termini dati ad producendum inſtrã poſſint ēt produci,
vſq; ad concluſionem, nam hic eſt caſus, ꝙ non, quia admittitur ad petendum nouam dilationem, ergo non pñt produci,
niſi ſubſiſtat iuſta cã impedimenti in prima, tñ hoc limita, vt
no.in l.mancipiorum.de ope leg.ꝑ Doct. & in cle.ſæpe.de ver.
ſig.per gl.ante fi. Nec obſtat, ꝙ terminus producendi inſtrã eſt
vſq; ad concluſionem in cã, vt in c. cum dilectus. de fid.inſtru.
quia illud verum, niſi alius terminus ſit a iudice præfixus, nam
terminus dilatoriarum exceptionum eſt lit.conteſt. vt l.ita demum. C.de procu. & tamen poteſt iudex abbreuiare aſſignando alium terminum, vt in c.paſtoralis. de exceptio. Nec obſt.
ꝙ iudex non poteſt auferre partib. illud quod eis a iure communi conceditur. ſ̃.eo.l.j.§.j.verſ.neque enim. nam ad hoc reſponde, vt no. per Dy.in c.indultum.de regu.iur.lib.vj. vbi tangit de hoc articulo.

ADDITIONES.

a ¶Vſque ad quintam. Adde quando, & quinta, & ſexta dilatio ſit danda, & vide ꝑ eundem Pau.de Caſt.in conſ.ſuo 333.incip.viſa appellatione interpoſita.in antiquis. Fran. Cur.

b ¶Quinta. Quando dilatio quarta ſit concedenda in exceptionib. dilatoriis, vide ꝑ Lap.alleg. 82. & adde quæ hic poſui in apoſtillis ad Bar. in characterib. de tortis.

c ¶Concludi. An poſt concluſionem in cauſa poſsit aliquid produci, uide per Lud. Rom.in conſ.20. & latius conſ.176.

d ¶Per hoc etiam. Adde Do.Ale.de Imo.in l.j.§.edenda.ſ̃.de eden. Et vide ad materiam pulchra dicta per Moder.in repe.cle.ſæpe.§. & quia de re iud. Frãc Cur.

1 *Hæredi danda eſt noua dilatio, licet prima data fuerit defuncto.*

1 §.Illud videndum. † Hæredi danda eſt noua dilatio, licet prima data
fuerit defuncto. h.d. Intellige ēt abſq; eo, ꝙ probetur defunctũ
fuiſſe impeditum in prima, aliàs iſte §.nihil adderet ad ſuperiora, intellige tñ hoc verum, qñ deceſſit dilatione pendente,
& dilatio finita eſt iacente hæreditate, vel poſt eã aditam incõtinenti, ita ꝙ hr̃s non habuit ſpacium competens ad faciendũ
ꝓbationem, nam hoc ſolum ſufficit pro iuſta cã impedimẽti.
Sed ſi lapſa eſſet dilatio in vita defuncti, iam fuiſſet defunctus
excluſus, et non potuiſſet tranſmittere ad hæredem plus iuris,
q̃ ipſe haberet, & ſimiliter ſi hæres habuit longum ſpacium,
qa multum reſtabat de dilatione tꝑe aditæ hæreditatis, et ipſe
hoc ſciebat, nam eſſet ſibi imputandum nec daretur noua dilatio, et hoc credo fuiſſe de mente iſtius literæ dũ dicit in fi. cã
cognita, et adde l.fi. C.ſi pen.app. mors interue. vbi ponit̃ ſtis
caſus notabilis, et ſingularis, ꝙ hr̃di plus fauetur, q̃ defuncto.

LEX VIII.

1 *Dies naturalis, & artificialis qui dicantur.*

2 *Dies legalis, quæ ſit, quæ conuentionalis, & quæ eccleſiaſtica.*

3 *Aurora, & crepuſculum, quod eſt poſt ſolis occaſum, attribuitur nocti. Quid in ſtatutis ſit, ſi acrius puniantur delicta commiſſa de nocte.*

Statutum ſi punit maleficium commiſſum tali die, puta S. Ioannis, acrius quàm aliis diebus, q̄ intelligatur de die artificiali.

5 *Poſitus in banno, niſi ſe repręſentet tali die coram iudice, vel habuit dilationem à iudice ad ſe repreſentandũ corã eo, poteſt ſe præſentare, vſq; ad mediam noctẽ, & qualiter iudex recipiet p̄ſentationem ad ſuũ tribunal.*

Quid in cauſa criminali.

6 *Tantũ valet dare pignora, quantũ fideiuſſores, vt quis de carcerib. relaxetur, & q̄d ſi ĩ defectũ pœnæ pecuniariæ venit ĩponẽda pena corporalis.*

7 *Vbi non admittitur q̄s volens ſoluere, niſi offerat congruo loco, & tpe, dicitur congruum tempus de nocte, niſi creditor poſſet prætendere intereſſe.*

Sententia lata de nocte, quando valeat.

Sñia arbitrorum aſſumptorum de iure, & de facto, poteſt ferri de nocte.

8 *Quid in aliis contractibus.*

Si notarius conficiat inſtrumentum de nocte, tunc poſt mediam noctem apponit in eo diem ſequentem, ſed ante mediam ponit diem præcedentem.

Dies cœpta quando habeatur pro completa.

1 MOre Romano dies. ¶† No. hic de die naturali q̄
habet 24. horas, & comprehendit ẽt partem duarum noctium. Et de die artificiali, qui appellatur
lux, vt ibi luce media, & ibi dum dicit lucis, & iſte non compr̄hendit noctes. & dr̃ ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, vt in autho
ritatib. al legatis in gl. j. veteris teſti, & etiam noui, & iſta nõ habet certas horas deputatas, ſed aliq̄ñ plures, aliq̄ñ pauciores.
2 ſed de iſtis duob. dieb. hr̃ in j. gl. † Eſt, & alia dies, quæ dr̃ legalis,
& iſta venit de momento ad momentum, & locum habet in
odioſis, & de iſta hr̃ in ſc̃da gl. mag. in fin. Eſt, & quarta dies cõ
uentionalis, & iſta eſt prout contrahentib. placet, & de hac in
l. cum qui certarum. j̃. de ver. obl. in prin. Eſt, & quinta dies eccleſiaſtica qua vtitur eccleſia in indulgentiis, & in diuinis officiis, & feſtiuitatib. & iſta incipit a veſperis vigiliæ, & continuatur vſq; ad veſperas, ſequentis diei incluſiuè, & tunc finitur indulgentia, & de iſta hr̃ in c. fi. §. adducimus. de ſentẽ. exc. lib. vj.
3 ¶† In gl. j. ibi mane, vſq; in veſperas. expone gl. j. ab ortu ſolis,
vſq; ad occaſum, & ſm̃ hoc aurora, quæ eſt ante ortum ſolis
attribuitur nocti, & crepuſculum, q̄d eſt poſt ſolis occaſum at
a tribuitur ſilr̃ nocti,[a] quod no. pp̄ ſtatuta punientia acrius delicta commiſſa de nocte, quia ſi fuerũt commiſſa in aurora ante ſolis ortum, vel in crepuſculo poſt occaſum, locum habebit ſtatutum de quo per Bar. in l. aut facta. j̃. de pœnis. & etiam tangit in l. Titius. §. j. de lib. & poſthu. ſtatuta tñ ſolent hoc declarare, q̄ nox intelligatur in campana, quæ pulſatur, quo caſu vide q̄d no. Bar. plenè in l. j. §. hoc autem ſenatus. j̃. ad Silla.
4 Sed † quid ſi ſtatutum punit maleficium commiſſum tali die
puta Sancti Ioannis, vel B. Virginis acrius, q̃ aliis dieb. an intelligatur de die naturali ſumẽdo ipſum, prout in hoc tex. an de artificiali? conſuluit Fed. de Senis, q̄ intelligatur de artificiali, quaſi ille ſit propriè dies cum ſol eſt ſuper terram, quia q̄d factum eſt de nocte fictè fingitur factum de die, vt hic colligitur in verſ. perinde, quod eſt ſignum improprietatis, & fictionis, q̃ non habet locum in ſtatutis maximè pœnalibus & odioſis, & hoc hr̃ in conſ. ſuo. 248. ¶ In glo. ibi [ſm̃ Romanam eccleſiã] tu dic, q̄ Romana eccleſia ſumit aliter quantum ad indulgen
5 tias, & feſtiuitates, vt s̃. dixi. ¶† In glo. ſeq. in prin. ibi, habuit dilationem a iudice ad ſe repreſentandum coram eo, vel ſi poſitus fuit in banno, niſi ſe repręſentaret tali die, iſte. n. ſm̃ gl. poteſt ſe præſentare vſq; ad mediam noctem. Et dicit Ang. hic, q̄ iudex de ſua camera debebit deſcendere ad ſuum tribunal, vt recipiat præſentationem ſuam, & conficiatur publica ſcriptura, ne incidat in pœnam banni. Si autem eſſet citatus ad audiẽdam ſñiam tali die, tunc ſñia cum non feratur de nocte, vt j̃. ſequitur in glo. cenſebitur citatus ad horam, qua dantur ſñiæ. Iudices tamen faciunt citari, vt compareãt hora iuridica, & hoc eſt cautius, licet etiam ſi hoc non diceretur ſubintelligeretur, ſi in citatione aſſignatur cã, q̃ non expeditur, niſi de die. ¶ In gl. ibi, [vel dant pignora in cõi] vult dicere gl. q̄ ſi aliquis eſt citatus in cã criminali in qua imponitur pęna pecuniaria, vt compareat coram iudice tali die, poteſt comparere de nocte, quia non eſt citatus ad ſñiam audiendam, & quia debet relaxari cum ſatiſdatione, poſtq̃ imponitur pœna pecuniaria ſi fortè non reperiret fideiuſſores, poterit dare pignora, vt relaxetur, aliàs poneretur in carceribus iuxta no. in l. j. j̃. de cuſto.
6 reo. † Et no. hoc, quia tñ valet dare pignora, quantum fideiuſſores, vt relaxetur, quod eſt ſingulare, dubium erat, quia periculum eſt cuſtodiendo pignora. ſed dic, vt l. p̄toriæ. j̃. de p̄to. ſtipu. & l. promiſſor Stichi. in fi. de conſt. pecu. Quid autem ſi in defectum pœnæ pecuniariæ venit imponenda corporalis, an
b debeat relaxari cum pignorib. vel fideiuſſorib.[b] vide per Bart.
7 in d. l. j. de cuſt. reo. ¶† In gl. ibi [vt ſoluatur in die] vt j̃. de ſol. l. ſi ſoluturus. vbi non admittitur quis volens ſoluere, niſi offerat congruo loco, & tpe, & non dr̃ congruũ tp̄s de nocte, hoc tñ verum ſi creditor poteſt prætendere intereſſe, aliàs ſecus ſm̃
8 Doct. ¶† In glo. ibi [q̃ de die ferri debet] de hoc in c. conſuluit. extra de offi. deleg. & plene per Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de ſen. §. iuxta ver. ſed nunquid. vbi concludit ſñiam latam de nocte non valere, niſi ſit lata contra præſentem, & conſentientem, vel tacentem, vel niſi ſit conſuetudo, vt in magnis, vel dominis pręlatis, qui occupantur in plurib. Sñia etiam arbitrorum aſſumptorum, de iure, & de facto, quia habet vim tranſactionis poteſt ferri de nocte, vt C. de tranſact. l. non minorem, & ideo poſſunt eam ferre vſq; ad mediam noctem vltimi diei
9 poſiti in compromiſſo per iſtam l. ¶† In gl. ibi [ſi autem generaliter velis hanc l. intelligere] ſupple non ſolum in materia dilationum, et comparitionum, ſed etiam quantum ad alios effectus adhuc multum operatur iſta l. puta ſi rogatus eſt notarius de contractu celebrato nocte, q̄d fieri poteſt, vt d. l. non minorem, vel de teſtamento, q̄d etiam fieri poteſt, vt l. ad teſtium. §. poſſe. de teſt. cũ debeat apponere diem, ſi rogatus eſt poſt mediam noctem apponat diem ſequentem, et ſi ante mediam noctem apponet diem pręcedentem, et hæc eſt intentio gl. ſimiliter poteſt quis teſtari, poſtq̃ compleuit xiiij. annũ, et dr̃ compleuiſſe ſi vltima dies cœpta erat. l. qua ætate. j̃. de teſt. ſi ergo iſta die compleo xiiij. annum, poſſum teſtari incontinenti poſt incœptam noctem pręcedentem, quia videor compleuiſſe xiiij. ann. et ſic multum eſt vtilis iſta lex.

ADDITIONES.

a ¶ Nocti. Adde quando dies dicatur, vel nox quæ pulchrè ponit practicus Aret. in ſuo opere malefic. in verſ. de nocte. col. j. Et ad ibi dicta per eum, adde quæ pulchrè ponit Panor. in c. ſi perfodiens. de homi. col. ij. in prin. vbi, q̄ an aliquid dicatur commiſſum de die, vel de nocte relinquatur arbitrio iudicis, qui arbitrabitur an eſſet tanta claritas, q̄ diſcerni poſsit, & tunc dicitur de die, aut non poſsit diſcerni, & dicitur de nocte, dicitur tamen mitiorem partem eligendam. alleg. Ioan. And. in d. c. ſi perfodiens. & de materia vide Alb. de Roſa. in ij. parte ſtat. q. 18. Mod. in d. c. ſi perfodiens, & in c. conſuluit. de offi. dele. qui multa cumulat, & Ang. de Peruſio in ſuo conſi. 194. incip. viſis proceſsib. Fran. Cur.

b ¶ Vide per Bar. in d. l. j. Adde eundem Bar. in l. ij. j̃. de pub. iu. & concludit, q̄ non, & adde, vt plenè per Ang. Are. in ſuo trac. maleſi. in verſ. fama pub. col. xij. verſ. xj. quæro, quid ſi a princ. & ibi ponit cautelam, & adde Cęp. Veron. in ſuo conſi. 40. & Ioan. de Ana. in conſil. j. adde tamen vnum, quod notanter dicit idem Pau. de Caſt. in ſuo conſ. 324. incip. clarum eſt in iure, q̄ per ea, quæ in 4. vol. conſil. nouorum vbi dicit, q̄ relinquitur in arbitrio iudicis, etiam relaxare inquiſitum pro cã, pro qua veniret imponenda pœna ſanguinis fideiuſſorib. ſi hoc ſibi videtur ex cã iuſta, vt puta, ſi vnus ribaldus, vel vilis accuſaret probum, & famoſum virum, vel alia iuſta cã, ibi tamen dat conſilium iudici, vt faciat in actis apparere, qualiter ex tali, & tali cã iuſta motus fuerit ad relaxandum inquiſitum fideiuſſorib. q̄d not. nam ex tali doctrina habes, q̄ ſi eſſet quis inquiſitus de crimine, pro quo veniret puniendus criminaliter in defectũ ſolutionis pœnæ pecuniarię, iudex poſſet ex cã iuſta ipſum relaxare fideiuſſorib. quod no. in pract. Fran. Cur.

LEX IX.

1 *Tempore feriato quando, & in quibus poſsit procedi.*

1 DIuus Traianus †Ferię meſſium, et vindemiarum habent locum in negociis iudicialib. et non extraiudicialib. nec in cauſis carceratorum. h. d. et hoc vltimum eſt notabile, ſm̃ Ang. hic, q̄ ſi aliquis eſt incarceratus pro cauſa ciuili, vel criminali, q̄ in illa cauſa poteſt procedi tempore feriato ſi ipſe vult, vt hic, et l. cuſtodias. j̃. de pub. iud. Ex quo patet a contrario ſenſu, q̄ ſi non eſt in carcerib. in cauſa criminali locum habent feriæ ſicut in ciuilib. niſi cum proceditur cõtra inſignes latrones, ✠ et de capitali crimine accuſatos ✠ vt l. prouinciarum. C. eod. titu. Nec etiam habent locum feriæ in actib. voluntariæ iuriſdictionis, qui non requirunt cauſæ cognitionem, licet expediantur coram iudice, vt in emãcipationib. et adoptionib. vt in l. actus omnes. C. eo. ſecus ſi requirerẽt cauſæ cognitionem, vt interpoſitio decreti ſuper alienationibus bonorum immobilium et minorum, facit quod no. in ſimi. in l. ij. de offi. eius cui man. eſt iur. iuncta l. nec quicq̃. §. vbi decretum. de officio procon. Nec etiam habet locum in executionib. ſententiarum, quæ poſſunt fieri tempore feriato propter meſſes, et vindemias, non in honorem Dei, vt eſt caſus in c. fi. extra de iudi. ſecundum vnum intellectum, non ſic in executionib. inſtrumentorum, quæ fiunt ſine cauſæ cognitione, et poſtq̃ ſunt factæ reuocantur in dubium, nam tunc dicitur executio mixta, de qua in l. ſi non cognitio. C. ſi contra ius, vel vti. pub. cum non poſſet fieri tempore feriato, quia nõ poſſet cognoſci de iuſtitia eius, niſi fieret contra ſuſpectum, et fugitiuum, et tunc poſſet fieri etiam die dominica, vt no. glo. ſing. in l. dies feſtos. C. eo. ti. quæ non eſt alibi, ſed executio ſententiæ dicitur mera, quando fit ſine cauſæ cognitione pręcedẽte, ideo poteſt fieri etiam contra non ſuſpectum, de talib. executionibus vide in c. paſtoralis. §. quia vero. extra de offi. deleg. et in c. de cœtero. extra de re iud.

LEX X.

1 *Quòd in probationib. fiendis in mediis cauſis ciuilium ſit par cõdictio actoris, & rei, ſed in principiis potior eſt condictio actoris.*

2 *In cauſis criminalib. in mediis cauſis melioris eſt condictionis accuſatus, quàm accuſator, fortius in fine.*

In principiis vero videtur fauendum accuſatori.

3 *Dilatio non debet dari ſine cauſæ cognitione, & quæ cognitio requiratur.*

Non debet quis admitti ad probandum quod probatum non releuat.

An

4 *An pro ſingulis impedimentis,vel capitulis danda ſit dilatio.& num.11.*
Dilatio ſecunda,vt poſsit dari quæ requirantur,& an probari debeat impedi mentum fuiſſe in prima,& quid in aliis.& nu.10.& 11.
An in cauſa appellationis poſſit dari noua dilatio.
5 *In criminalib.non datur dilatio ad deliberandum.*
6 *Iudex ſi daret ſecundam dilationem eo caſu, quo dare non deberet, ꝙ non valeat,nec etiam probationes factæ intra illam.*
Qui non admittitur ad probandum,ita nec ad ponendum.
7 *Dilatio antequam ſit finita poteſt prorogari non poſt,& quid ſi non ſubſiſtit aliqua cauſa.*
8 *In criminalib.ſi reo fuit data tertia dilatio, an reus poſſit ei renunciare ad hoc,vt accuſator ea non vtatur.*
9 *Dilatio data ad probandum non incipit currere,antequam aduerſarius reſponderit poſitionib.quod procedit quando poſt poſitiones daretur dilatio.& nu.10.*
10 *Dictum teſtium an trahatur ad diem iuramenti.*
11 *Qualiter probetur ĩpedimentũ pro obtinẽda ſecũda,vel vlteriori dilatione.*
In criminalibus poteſt iudex ex officio ſuo quærere defenſiones, & probationes rei,vel accuſatoris, & proſequi proceſſum.
12 *Dilatio probatoria ſemper eſt peremptoria,& debet notificari abſenti.*
Sed dilatio expectatoria non eſt peremptoria,niſi hoc dicatur, vel detur præſenti, ſed ſi datur abſenti qualiter requirantur plures.
Idem quando peruenitur ad primum, vel ſecundum decretum.
Quid in aliis actibus.

1 IN pecuniariis cauſis. †No.ex prima regula
iſtius l. ꝙ in cauſis ciuilib. q̃ ad priuatam vtilitatẽ
agitãtur in mediis cauſis,cum agitur de probatio-
nib.fiendis non eſt melioris conditionis reus, q̃ actor,nec ecõ
a trario actor,[a] ſed æqualis,quia neutri eorum datur, niſi vnica
dilatio,ſed in principiis cauſarum actor eſt melioris conditio-
nis,in fine aũt reus,vt dixi.ſ.qui ſatiſd.cog.l.de die.in prin.Glo.
tamen magna ante fi.in verſ.primum tñ fallit.vr̃ opponere,ꝙ
reus debeat hic eſſe melioris cõdõnis,q̃ actor,ꝑ l.petendę.C.
de tempo.in integ.reſti.& ꝑ l.ſi qñ.C.de dilatio.& ꝑ l.cum a no
bis.eo.tit.& rñdet ad hanc vltimam, non ad primas duas. ſed
dic,ꝙ in l.petendæ.actor ſe arctauerat, ideo ſibi non datur di-
latio,quia erat quid ſibi imputaretur,reo vero non ſic,cui ni-
hil erat imputandum.ſir̃ ad l.ſi qñ. quia petebat ibi actor dila
tionem ad aliqd,ad quod debuiſſet venire inſtructus,ſi.n.fecit
reum citari,q comparuit, debebat actor ſecum portare libel-
lum. Si vero portat, & petit terminum ad dandum libellum,
vel ad producendum reſcriptum delegationis, non debet ſibi
dari,ſed condemnabitur in expenſis,quia eum fruſtratoriè ve
xauit. hic petebat terminum ad probandum, nec.n.debebat
ꝓbationes ſecum ducere eo modo quo libellũ, vel reſcriptũ.
2 ¶†Ex ſecunda rña no. ꝙ in cauſis criminalib. in mediis cauſis
melioris eſt conditionis accuſatus,q̃ accuſator,fortius in fi.qa
ſanctius eſt nocentem abſoluere, q̃ innocẽtem condẽnare.l.
abñtem.ſ̃.de pœnis. In principiis vero vr̃ fauendũ accuſatori
ſicut in ciuilib.quia vbi non reperitur aliter expreſſum, idem
eſt ordo procedendi in criminalib.q eſt in ciuilib.vt d.l.abñtẽ.
3 ¶†Ex vltima parte in verſ.ſed vtrunq;.no. ſm intellectum glo.qui
eſt,ꝙ referatur ad vtranq; rñam,ꝙ nulla dilatio dari debeat ſi-
ne cauſæ cognitione,prima glo. tñ intelligit de modica cauſæ
cognitione,& in qb.illa cõſiſtat,dic vt dixi in l.orone, quia in
quatuor. & adde ẽt quintum, ꝙ illud qđ vult probare faciat
ad cãm, aliter iudex ẽt primam dilationem ad illud nõ daret.
l.ad probationem.C.de probatio vbi non dẽt quis admitti ad
b probandum, qđ probatum non releuat.[b] ¶ In text.ibi[pecu-
niariis cauſis.] i. in cauſis ciuilib.q̃ concernunt vtilitatem pri-
uatorũ,ſiue agatur de pecunia,ſiue de re æſtimabili,vt de ſtat.
Quod aũt.ſ̃.ſubiicitur in capitalib.expone.i.in criminalib.ſiue
imponatur pœna capitalis,ſiue ẽt pecuniaria ad publicam vti
litatem,vel vindictam,& hoc modo vr̃ intellexiſſe gl. mag.in
plurib.partib.eius dum loqtur de ciuili, & criminali, & ita ẽt
cõiter practicatur ſm Bald.& Ang.hic.Sed Gui.de Cu.intelle-
xit tex.prout iacet, & hoc verbum in pecuniariis intellexit ẽt
in crĩalib.vbi imponitur pœna pecuniaria.Bar. hic vr̃ quodã-
4 modo huic conſentire.Tu tene,quod ſ.dixi.¶†In text.ibi[ſin-
gulis cauſis]glo.parua exponit trib.modis,& glo.mag.tenet vl
timam expoſitionem, vt intelligatur de ſingulis impedimen-
tis,& tunc bene probatur hic, qđ dixi in l.orone, ꝙ non ſolũ
v.ſed etiam ſex dilationes, & vltra dandæ eſſent ſi in oĩb.p̃ce-
dentib.fuiſſet quis legitimè impeditus,dummodo de hoc fece-
rit fidem,& in p̃cedentib. non eſſent quatuor productiones,
quia tunc non ꝑꝑ pluralitatem dilationum repelleretur, ſed
ꝑꝑ pluralitatem ꝓductionum, qa tunc eſt timor ſubornatio-
nis.Bar.autem tenet ſecundam expoſitionem, vt exponatur ĩ
ſingulis capl̃is, quia pñt tangere plura capl̃a in eadem cauſa,
limitat vt intelligant̃ ſimul concurrere,qñ non pñt ſe cõpati,
quia vnum eſt p̃iudiciale ad alterum, & ideo tunc data dila-
tione ſup vno dabit̃ poſtea ſup altero, ẽt ſi in prima non fuit
impeditus.Si autẽ poterant ſe inuicem compati, tunc vna di-
latio dãda eſſet ſup omnib.vt ẽt patet in c.paſtoralis. extra de
excep.vbi datur vna dilatio ad oẽs dilatorias proponẽdas, qa
pñt oẽs ſimul proponi, & poſtea non daretur altera ſi nõ fuiſ-
5 ſet impeditus in prima.¶†In tex.ibi,[pluſquam ſemel] hoc li
mita plurib.modis.Primo ꝑ l.oratione.ſ.e.niſi in prima fuerit
impeditus.Secundo ſi in eadem inſtantia, in qua prima data
fuit,ſed in cã appl̃onis bene poterit dari noua dilatio ſup eo-
dem,licet in prima non fuerit impeditus, qñ prima dilatio ſe
non extendit ad cãm appl̃onis, ſicut nec generalis renũciatio
probationum,nec concluſio in cã, q̃ habet vim renunciatio-
nis,vt no.Inn.in c.cum veniſſent. in fi. extra de teſt.iuncto eo,
qđ ipſe no.in c.paſtoralis.de cã poſ. & propric. Tertio limita,
vt habeat locum, qñ prima dilatio fuit integra, aliàs dabitur
ſecunda licet non fuerit impeditus in prima, vt ſi debuit dare
c menſem,& dedit quindecim dies,[c] vt no.in c. vltra tertiam.ex
tra de teſti.Bar.hic tenet ꝯrium quia potuit abbreuiare. Tu in
tellige Inn.qñ ſine cauſæ cognitione hoc fecit, & ſic non dẽt
d abbreuiare.[d] Dictum vero Bar.qñ cum cã abbreuiauit, & de
hoc conſtat,vnde ſit cautus iudex, ꝙ dicat cãm quare abbre-
uiat,& de hoc vide qđ no.Spec.de dila.§.videndum. verſ.item
no.ꝙ iudex.Quarto limita,qñ cõdõ aduerſarij efficeretur de-
terior,qa ſi fuiſſent producti teſtes intra primã dilationẽ, ipſe
habebat alios teſtes,ꝑ quos potuiſſet illos reprobare, nunc ve
ro non hẽt.Vnde intereſt ſua,ꝙ nõ detur noua dilatio. Si aũt
cõdõ ſua eſſet integra, quia ita poſſet hodie reprobare,ſicut
poterat tunc,dicit Bar.ꝙ de ęquitate putat poſſe dari nouã di-
lationem,licet non fuerit impeditus in prima. Certè hoc fuit
dictum Spec.licet ipſe non alleget in titu.de dilatio.§.nunc vi-
deamus.verſ.ſed nunqd.nam dicto caſu ſm oẽs poſſent inſtr̃a
produci poſt terminum,vt no.in l.mancipiorum. de opt.leg.
ergo & teſtes pari rõne cum æqparentur,vt l. in exercendis.C.
e de fid.inſtru.¶Vlt.limita,niſi ſtatutum[e] diceret, ꝙ darent̃ tot
dies,puta quindecim in prima dilatione, & in ſecunda daren-
tur decem,& in tertia darentur quinque,prout dicit ſtatutum
iſtius ciuitatis,& in plurib.locis ſunt ſimilia ſtatuta, nam tunc
dabitur ſecunda, & tertia abſq; eo, ꝙ fuerit impeditus in pri-
ma,vel in ſecunda ſicut hic dr̃ in criminali.& miror, ꝙ Doct.
non tangunt hic,ſed ita practicatur vbique, & ſic illo caſu pri-
ma dilatio non eſt peremptoria, nec ſecunda. Quid autem ſi
ſtatutum hoc non dicat,iudex tñ dixit do tibi quindecim dies
pro prima dilatione,an tenebitur dare ſecundam ſi non pro-
bat ſe impeditum in prima? vr̃ ꝙ ſic,qa eo ipſo,ꝙ dixit pro pri
ma,vr̃ pollicitus ſe daturus ſecundã,vt non dicatur prima,niſi
reſpectu ſecundę Bar.tñ hic ſentit ꝯrium, ꝙ videatur pollicitꝰ
dare ſecundã ſi merebitur de iure, vt qa fuit impeditus in pri-
ma,qa nec aliter dẽt dare ſecundã,nec põt immutare diſpoſi
tionẽ iuris,vt ſ.e.l.j.§.j.verſi. neq;.n.non ſic ſi ſtatutum diceret
6 illo modo,qa põt derogare diſpoſitioni iuris cõis. ¶†In text.
ibi[non põt]ex hoc verbo conſuluit Bart.ꝙ ſi iudex daret ſe-
cundam dilationem eo caſu quo dare non deberet,non vale-
ret,nec ẽt ꝓbationes factæ intra illam, & ad hoc ẽt alle.l.iij.&
iiij.de iure delib.ſ̃.& C.de iure delib.l.fi.§.ſed qa qdam.Et vide
in Spec.de dila.§.j.verſi.item q.d ſi datus,vbi ẽt vult, ꝙ poſt lap
ſum termini ſi fuit negligens,non admittitur,ẽt ad volendum
darè poſitiones,vt aduerſarius eis rñdeat medio iur̃o, qa ſi nõ
admittitur ad probandum,ita nec ad proponendũ, cũ ſit ſpẽs
probationis,qa releuatur ab onere probãdi ꝑ confeſſionẽ ad-
uerſarij.hoc probatur optimè in l.de ꝯctib.§.de illo.C.de non
num.pecu.& benè facit.ſ̃.de iudic.l.ſed & ſi reſtituatur.§. ex q-
7 bus cauſis.†Sed vtrum iudex[f] ꝑ viam ꝓrogationis non nouæ
f dilationis poſſit dilationem elõgare,dicit Ang.hic fortè ꝙ ſic,
anteq̃ dilatio ſit finita,qa non eſt noua dilatio, ſed extẽſio pri
mæ,vt l.ſed ſi manẽte.ſ̃.de p̃cario. & qdam putant hoc dictũ
ſingulare,ſed certè hoc fuit dictum Spec. exp̃ſſe quem Ange.
non alle.in tit.de dila.§.nunc videamus.verſ. & ſunt hęc in ar.
cum p̃cedenti verſ.vbi diſtinguit an hoc fiat durante prima di
latione,vel ea finita, & hoc ꝑpetuo tene menti, quia ſi vides
g dilationẽ finiri,& te nihil feciſſe, vel fuiſſe negligentẽ vadas[g]
ad iudicem priuſq̃ finiatur, & facias tibi dilationem proroga-
re,& cũ dilationes ſint in arbitrio iudicis, poterit facere añ eã
finitã,non poſt.Vr̃ tñ dicere,ꝙ nõ debeat facere niſi ſubſiſten-
te aliqua cauſa,non tñ tanta, quanta requireretur in noua di
latione.

ADDITIONES.

a ¶Actor.Ad hoc vide,quod voluit Do.Sign.de Me.conſ.61.
b ¶Non releuat.Adde Lud.Rom.conſ.226.
c ¶Quindecim dies.Tunc appellare poteſt ſm Lud.Ro.conſ.261.
d ¶Abbreuiare.An iudex poſsit abbreuiare dilationem ſtatutariam,& prorogare vide per Ro.conſ.76.
e ¶Niſi ſtatutum.Adde eundem Pau.de Caſt.in l.j.C.de dila. Fran.Cur.
f ¶Sed vtrum iudex.Adde quod hic idem Pau.de Caſt.in d.l.j.C.de dilat.& Lanfran.de Brix.in repet.c.quoniam contra.in verbo dilationes.infra de prob.Curt.
g ¶Vadas Fulgo.& do.Alex.hanc reprobant, tamen D.Iaſ.dicit illam tenendam, tu dic,ꝙ contra Spec.dicit Ro.conſi.343.in ult. verbis eſſe tex.rotundum no.ꝑ Bal.ibi ad illud.in l.Titio centum.de cond.& demon.

latione.tene menti.¶In tex.ibi[reo tres dilationes]ſubaudi ad
defendẽdum non autem ad deliberandum, qa in criminalib.
non datur dilatio ad deliberandum cum debeat eſſe cert⁹ de
facto ſuo,licet ſecus in ciuili,vt in auth.offeratur. C. de lit.cõt.
& ita no.gl.iij.q.ij.in ſumma,in fi.gl.& no.in c.ij. extra de dila.
8 & Bal.in l.j.C.qui acc.non poſ.¶†In tex.ibi [duæ dari pñt]ſed
ſi reo fuiſſet data tertia,ſilr accuſator poterit vti illa, & intra
eã facere ꝓbationes,vt l.petendæ.C.de temp.in integ.reſti.Sed
an tunc reus poſſit eis renunciare ad hoc,vt accuſator ea non
9 vtatur?dic vt ibi no.¶†Vlt.Bal.dicit,ꝙ dilatio data ad ꝓbandũ
nõ incipit currere, anteq̃ aduerſarius rñderit poſitionib.quia
cũ poſſit quaſdam ↄfeſſare, neſcit ille cui dilatio data eſt quas
earum habebat probare,iõ tanq̃ iuſte impedito facto aduerſa
rij non dẽt ſibi dilatio currere. Mihi vr̃ hoc dictum poſſe pro-
cedere,qñ poſt poſitiones daretur dilatio, ſed ſi daretur prius,
vt quotidie videmus fieri,qa poſt lit.conte.datur dilatio vtriq;
parti ad ꝓbandum intentionem ſuam,cenſetur data ad ponẽ
dum,& ad articulandũ,& ẽt producendum teſtes ſup eis,& fa
ciendũ eos iurare,& hæc oĩa dẽt facere ĩtra dilationẽ, & poſt-
q̃ aduerſarius rñderit,poterit eos facere examinari ſuper poſi-
10 tionib.negatis ẽt poſt terminum.† quia dictum teſtium trahit̃
ad diem iuri,vt no.in cle.j.de offi.deleg.p gl.& Bar. in l.dãni.§.
Sabini.de dã.infec.niſi fuiſſet data dilatio ad probandũ,& pro-
a batum habendum.[a] nam ſm̃ conſuetum ſtylum,vbiq; intelłr,
ꝙ ẽt examinari facias intra terminum. ¶In gl.mag.poſt prin-
cipium ibi, [ſi probat ſe iuſta cã impeditum in prima] no.ꝙ
dabitur niſi quatenus fuit impeditus in prima. Vñ ſi in prima
producit duos teſtes,& cũ vellet alios ꝓducere fuit impeditus,
non dabitur ſecunda,niſi ad ꝓducendum illos in qb.fuit impe
ditus,non alios quos non probat ſe voluiſſe ꝓducere, hoc te-
nẽt Doct.p l.admonẽdi.ff.de iureiur.ibi,dũ dicit qb. iã ſolis vſu
rus ſit &c.& ſi fuit impeditus in duob.dieb. duo tm̃ dies dabun
tur in ſcd̃a dilatione,& intra duos dies dẽt hoc petere.aliàs ne
gligentia in petendo duorũ dierũ abſorbet dationẽ nouæ dila
tionis p id qđ no.gl.ff.de in integ.reſt.l.fi.in prin.gl.mag.Primũ
tñ dictum intellige,niſi impedimentũ duorum dierũ abſtuliſ-
ſet ſibi commodum totius dilationis,quia tunc tota dilatio eſ
b ſet reintegranda[b] p l.& iõ hæſitatur,& qđ ibi no. p Doc.ff.de
11 ver.obl.¶†Qualiter aũt probetur impedimentum, ſatis patet
p id qđ dicit Spec.vt pro obtinẽda ſcd̃a dilatione ſufficiat ꝓba
c re impedimentũ in prima p ſolũ iur̃m,[c] ſi aliter difficile ſerat
ꝓbare,ſed pro obtinenda ſecunda, & tertia, vel vlteriore req-
ratur exacta ꝓbatio cũ aliqua ſit p̃ſumptio ↄ̃ partẽ, q̃ toties di
cit ſe fuiſſe impeditã,vt dixi in l.or̃one. ¶In gl.ibi,ſed vlterior
cognitio.iſte verſ.gl.recipit duplicẽ intelłm. Primus,ꝙ in crĩa-
li pro obtinenda ſcd̃a,vel tertia dilatione de qb.hic,non expe
diat ꝓbare impedimentũ in prima, licet ſecus in ciuili, & iſte
eſt bonus intelłs.Secũdus eſt in crĩali,poſtq̃ actor habuit duas
dilationes,non dabitur ſibi tertia,ẽt ſi velit ꝓbare impedimẽ-
tum in illis,& ſi reus habuit tres non dabitur quarta, licet in
primis fuerit impeditus.& iſtum intelłm innuit glo. dum ſub-
dit,ꝙ hic in crĩalib.non dicit de ſingulis cauſis.i. ſingulis impe
dimentis,ſed iſte intelłs non eſt bonus,nec verus, qa non ſolũ
ſi reus petit debet ſibi concedi, ſed etiam ſi non peteret iudex
ex officio ẽt coniuncto deberet, & poſſet defenſiones illius q̃-
rere p l.ſi non defendat̃.ff.de pœnis. Quinimò ẽt poſt ſnĩam.l.
j.§.fin.de qõ.ſilr ex parte accuſatoris põt ex ſuo officio accu-
ſatore ẽt non petẽte,ſed volẽte deſiſtere q̃rere probationes, &
proſeq proceſſum.l.plenè.in prin.de publ.iud.& l.ij.C.de abo-
12 litio.¶†In glo.ibi ſolu.hic in pñti, tu dic,ꝙ hic loqtur de dila.
ꝓbatoria,q̃ ſiue detur p̃ſenti,ſiue abſenti,ſemp eſt ꝑemptoria
d de ſui natura,debet tñ abſenti notificari,[d] aliter ipſum nõ ar-
ctat.l.ij.C.vbi in rẽ actio.vbi ꝓbatur in ſimili, & no.ĩ l.Labeo.
ff.de iureiur.leges aũt.ſ. in ↄ̃rium allegatæ loquuntur in dila-
tione expectatoria,q̃ datur,vt qs veniat ad ſnĩam audiendã.in
illa benè refert an detur pñti,& cenſet̃ peremptoria, ẽt ſi non
fuerit dictum.C.qũo,& qñ iud.l.ij.an abſenti, & tunc non dr̃
peremptoria,niſi fuerit dictum, iõ non ſufficit vna dilatio,ſed
debẽt dari plures,vt l.ad peremptorium.cum l.ſe.ff.de iudiciis,
& idem qñ peruenitur ad primum,vel ſm̃ decretũ,vt l.pñti.C.
13 de his qui ad eccl.confugi.†ſed quantum ad alios actus non re
e qritur citatio ꝑemptoria.i.ꝙ hoc dicatur, immo oĩs citatio[e]
eſt ꝑemptoria ſi citat̃ qs.i.ꝙ compareat intra tot dies ad vidẽ-
dũ iurare teſtes,& ſic aliis actib.vt no.Bar.plene in l.ſi finita.§.
Iul.de dam.infec.& fuit originaliter de mẽte Inn.in c. ad peti-
tionem.extra de accuſ.alias eſt in c.cõſuluit.de offi.dele.extra.

A D D I T I O N E S.

a ¶Probatum habendũ. *De hoc,& multis aliis verbis, q̃ ponuntur in hmõi dilatio*
nib.vide p D. Sig.cõſ.19.p Fed.de Se.conſ.171.Do. de Rot.deciſ. ſuis hoc tit.
b ¶Reintegranda. Adde Lud.Ro.conſ.497.Ang.conſ.22.
c ¶Iuramentum. Adde Fed.conſ.114.
d ¶Notificari. Adde vt per Fed.conſ.290.
e ¶Oĩs citatio. Adde ꝙ ẽt dr̃ ſnĩa interlocutoria gl.eſt ĩ l.quoties.C. de pri.ſch.lib
xij.in ver.ſnĩa.& glo.in Auth.de liti.§.ad hoc.in §. ſed ẽt.Inſti. quib alie.licet vel
no.& in l.fi.§.neceſſitate.C.de bo.q̃ lib.in gl.mag.verſi.item qd in ſ cepto. Curt.

De edendo. *Rubr.*

1 ¶†Super gl.rubricæ ibi, vt oſtenderet quandam neceſſitatem.
Doc.dñt aliter,ꝙ intentio Iuriſcõſulti fuit tractare de actu edi
tionis qualr,& qñ,& qũo fieri debeat, & ideo fuit locutus per
gerundium, qđ ſignificat actum prout eſt in fieri, non autem
de ſubſtantia,& de effectu editionis, ideo nõ fuit locutus p no
2 men verbale,qđ ſignificat ſubſtantiam. ¶†Et no.iſtam gl.quæ
a ſemp allegat̃ de ſignificatu gerundij,[a] qa importat neceſſita-
tẽ.de quo ẽt vide,qđ no.Io.And.in c.j.de poſtu.p̃la.lib.vj.ĩ no-
uella.& in addit.Spec.de lib.concep.§.iã nunc.in prin. & Bald.
C.de fur.l.falſus.de epiſc.& cle.l.id qđ.Et Iac.But.in l.j.C.de his
q latrones.vbi dicit vnum verbum, ꝙ ſi gerundiũ iungit̃ ver-
bo,qđ de ſe nihil importaret,ponit̃ declaratiuè. Vñ ſi te accu-
ſaui,qa deliqſti occidendo talem,vel receptando bannitos vi
deor te accuſare de homicidio,vel receptatione, qa verbũ de-
liqſti nihil de ſe importaret ſine adiunctione gerundij.Si autẽ
importaret,vt ſi accuſo te,ꝙ me inſultaſti vulnerando,non vi
deor te accuſare de vulnere,ſed de inſultu, qa illud verbum in
ſultaſti ſatis importabat ſine adiunctione illius gerundij.vnde
non ponitur expoſitiuè,ſed cumulatiuè,quod tene menti.De
natura vero ſupini,vide gl.in l.Mæuia.ſ.ſol.matr.in prin.

A D D I T I O.

a ¶Gerundij. De natura gerundij vltra Do.Iaſ.in rubr.ea. adde Lu.Ro.conſi.843.

L E X P R I M A.

1 *Quòd actionis nomen non ſit exprimendum in libello.*
2 *Actio dẽt taliter edi,vt reus reddatur certus an velit cedere, vel cõtẽde-*
re,& q̃ ſint illa q̃ reqrãtur ad hoc,et qualiter dẽat exprimi res,vel cã.
3 *Reus in cauſa ciuili debet habere dilationem ad deliberandum, an velit ce-*
dere,vel contendere.
Non cogitur quis inuitus litigare,ſi vult liti cedere.
4 *Reus ſi habuit terminum ad deliberandum, & poſtea comparet, non ſuffi-*
cit,ꝙ dicat deliberaui contendere,ideò detis mihi terminum ad portan-
dum exceptiones dilatorias, ſed debet eas ſecum portare.
5 *Actio editur quatuor modis, primò ꝙ portet vnam ſcripturam, quam di-*
mittat apud notarium,& ſi aduerſarius vult habere copiam det cã ſibi
ſuis expẽſis,& quid ſi portet duas ſcripturas,et qui ſint alii tres modi.
6 *Libellus iſte an procedat, peto à te omnes res quas poſſides in tali caſtro*
nullam earum ſpecificando.
Libellus iſte procedit peto rem cum fructib.perceptis,vel caſtrũ cum per-
tinentiis.
7 *Editionis actio non ſufficit ad hoc, vt reus reddatur certus.*
8 *Libellus in petitione hæreditatis.*
9 *Qualiter poſſit peti executio ſummæ non liquidæ, vt in ipſa executione fiat*
liquidatio.
10 *Cauſa debet taliter exprimi in libello,ꝙ ex eo neceſſario ſequatur concluſio*
aliter libellus eſt nullus ipſo iure, & de nullitate poteſt opponi etiã poſt
ſententiam.
11 *Cauſa eſt duplex.ſ.proxima,quæ ſufficit exprimi in rei vendicatione,& re-*
mota,quæ requiritur in actionib.perſonalib. vt reus reddatur certus de
natura actionis,& quid ſi non exprimatur, nec opponatur, & quando
non fiat præiudicium in alia cauſa, quàm expreſſa.
12 *In libello tria ſunt neceſſaria,ſcilicet expreſſio rei,expreſſio cauſę, formali-*
ter vel æquipollenter.
Item concluſio quæ ſequitur ex illa cauſa, & an debeat exprimi nomen
actionis.

QVa quiſque actione.
Primò ponitur vnum dictum vſq; ibi,nam
æquiſſimum. Secundò ponitur eius rõ con
cernens fauorem rei vſq; ibi,& ſi contendẽ
dum. Tertiò ponitur ipſius dicti effectus cõ
cernens fauorem actoris,vſq; ibi,edẽ.Quar
1 tò ipſius dicti declaratio vſq; ad §.editiones.¶†Ex prima parte
colligunt gloſſatores fundamentum,ꝙ actionis nomen ſit ex
primendum in libello,vt no.in fi.glo.magnæ, ad quod etiam
alle.alias leges.Cõis tñ opi.eſt in contrarium,quæ approbatur
in c.dilecta.extra de iudiciis.& fuit opin.Io.& Azo.& etiã Pla.
licet moueantur diuerſis rationib.& gl.reprehendit rationem
Pla.quia ſi illa opi.eſt vera,plus ſibi placẽt rationes Io.& Azo.
& hæc eſt intentio gl.mag.ab illo verſ.& item circa, q̃ eſt poſt
2 medium gl.vſq; in fi.¶†Ex ſecunda parte nota,ꝙ actio dẽt ta-
liter edi,vt reus reddatur certus an velit cedere, vel contẽdere,
poſtq̃ ad hunc finẽ fit editio, & q̃ ſunt illa q̃ reqrantur ad hoc
ponũtur in prin.gl.vbicũq; igitur talr fit editio, ꝙ reus reddit̃
certus dr̃ ſufficiẽter fieri,nec vltra reqrit̃,alias ſecus, & ex hoc
determinant̃ plura, de qb.diſputatur in hac gl.& de qb.gl.nõ
bene ſenſit.ſ.ꝙ non reqritur expreſſio noĩs actionis,quia ſatis
redditur certus reus,ſi exprimatur res, vel cã, vnde ſi dico, ꝙ
mutuaui tibi centum,quare peto te ↄdemnari ad iſtã centum,
non expedit,ꝙ dicam,ad hoc propono certi ↄdõnem gñalem
ex mutuo,quia ſatis redderis certus p prima verba. Item non
expedit,

expedit,ꝙ dicam te eſſe obligatū ad illa centū,qui obligatio
dr̄ cā ꝓxima actionis,ſed ſufficit expreſſio cāæ remotę,qa mu
tuaui,cū ex illa reſultat iuris p̄ſumptio, ꝙ ſis obligat⁹,& ſuffi-
cit,ꝙ libellus ɔcludat p̄ſumptiue,ut l.oēs.§.Lucius. ꝭ. q̄ in fra.
cred.gl.tn̄ vr̄ ſentire ɔ̄rium, ꝙ ſit fienda mentio de cā remota,
& ēt proxima,qđ falſum eſt.Siſr ſi dico,peto a te centum per
certi ɔdōnem ex mutuo,ꝓcedit iſte libellus, qa ſatis redderis
certus,ꝙ ago ex ɔ̄ctu mutui,& ad quid,& qua actione,licet n̄
fecerim mentionē de mutuo,quia illa verba certi ɔdō ex mu
tuo non ſignificāt ɔ̄ctū, ſed nomē actionis.gl. tn̄ voluit ɔ̄riū,
& non bn̄ in verſ.ſed nonne.& no. ꝑ Cy.C.e.in l.edita. in ii.q.
3 ¶No.ēt ex hac parte,ꝙ reus dēt hr̄e dilationē ad deliberandū
an velit cedere , vel ɔtendere , ut hr̄ in Auth. offerar.C.de lit.
ɔt.hoc in ciuili,ſecus in crari , vt dixi.ſ.e.l.ꝓxima.¶Not.tn̄ ex
hac parte,ꝙ non cogit̄ inuitus litigare ſi vult liti cedere,ꝙ ne-
mo p̄t facere in totum,uel ꝓ parte,vt ꝭ.ſi pars hr̄d.pet.l. ꝑmit-
tendū.& l.qđā æſtimauerunt.ꝭ.ſi ce.pet.¶ †Ex tertia parte no.
4 diligenter,ꝙ ſi reus habuit terminū ad deliberandū,& poſtea
ɔparet,non ſufficeret,ꝙ dicat,deliberaui contendere, iō detis
mihi terminū ad ꝓponendas exceptiones dilatorias,imō dēt
eas ſecum portare cū dēat venire inſtructus,nec dādus eſt ter
5 min⁹ ſm Bar.qđ dicit eſſe ſubtile.facit l.ſi qn̄.de dilatio. ¶ †Ex
vltima parte no.quatuor modos edēdi actionē.Primo,ꝙ eda
tur in ſcriptis,& hoc fieri p̄t duob.modis.Primò,ꝙ portet vnā
tm̄ ſcripturā,quā dimittat apud notariū , & ſi aduerſari⁹ vult
hr̄e copiā det eā ſibi ſuis expēſis.Vel ꝙ portet duas ſcripturas,
quarū vnā dimittat notario,alteram det parti ſuis expēſis , &
ſic expenſis ipſius actori, & modus iſte tradit̄ ibi,vel dēo com
plecti, & dare, & iſte modus hodie approbat̄ in auth.offerat̄.
C.de lit.ɔt.ſeruanda tn̄ eſt conſuetudo locorū. ¶ Scđs modus
eſt,ꝙ non portet ſcripturam,ſed intentionem ſuā dicat nota
rio,q ſcribet in libro actorū,& iſte colligit̄ ibi,vel dictare.Ter
tius modus eſt, ꝙ faciat intentionem ſuam dici per aduoca-
tū , vel ꝓcuratorem ſuū,& iſte colligit̄ ibi,eum quoq;.Quart⁹
modus eſt, ꝙ ꝑ ſeipſum dicat parti non dando in ſcriptis,nec
dictando notario,& iſte colligit̄ in fi.ibi, vel iō dicēdo &c.ho
die vero rr̄ dēt portari libellus, & dari copia parti,licet fallat
in qbuſdam caſib.quod dic,ut ꝑ Inn.in c.j.de libel. obl. extra.
& in caſib.in qb.dēt ꝓcedi ſummarie, & de plano ſine ſtrepi-
tu,& figura iudicii dēt portari ſcriptura ɔtinens intentionem
a eius, non tn̄ per modū libelli , [a] ſic non tenebitur dare copiā
aduerſario,ut in cle.ſæpe.de verbo.ſig.& quotidie procurato-
res dn̄t nō per modū libelli, ſed aliqualis ſimplicis petitionis,
q̄ verba hoc important ꝙ ſi erat caſus in quo libellus nō erat
6 dandus,non cenſet̄ datus . ¶ † Quęro an libellus iſte ꝓcedat,
b peto a te oēs res,quas poſſides in tali caſtro[b] nullam earū ſpe
cificādo. Vr̄ ꝙ nó,ꝑ iſtam gl.poſt prin.ibi,in ſingulari autem.
& per l.iiij.§.ornamenta. ꝭ.de rei vend.Contrarium vr̄ tenere
Inn.in c.certificari.extra de ſepul.dic,vt ibi no.ꝑ Bar.& gl.in l.
rei appellatione.ꝭ.de verb.ſig.& per eundē Bar.ī l. de pup. ver.
q nunciat.in fi.de ope.no.nun.Item an ꝓcedat iſte libellus,pe
to rem cum fructib. ꝑceptis,uel caſtrum cum pertinentiis nō
ſpecificādo quantitatem fructuum,vel pertinentias,dic,ꝙ ſic,
qa in acceſſoriis non reqritur illa ſpecificatio, quæ in reb.prī
cipalib.& de hoc per Cy.in l.cum propria. C. ſi quis alteri vel
ſibi,& per Bal.in l.i.ſi ſcđo nup.mulier.& c.cum dilectus.ī prī.
de or.cog.& in c.cum ad ſedem.de reſt.ſpo. ¶Gl. autem mag.
quæ eſt hic,ſi uis eam guſtare , recita per quinq ; oppoſitiones
vſq; ad verſ.item & circa. & vnam qōnem ab illo ver. uſq; in
7 fi.¶ Prima oppoſitio colligitur in prin.vſq; ad ver.rei.ꝙ nō ſuf
ficiat editio actionis,ad hoc vt reus reddatur certus,vt ſi dico,
ago ɔ̄ te certi ɔdōne ex mutuo.nam ſi aliud non dico nō red
deris certus:tn̄ verum eſt dicere, ꝙ actionem edo. Sol. ſupple
ad tex.ut in gl.ꝙ requiratur ēt res,& cā.Scđa oppoſitio eſt , ꝙ
nō requiratur expreſſio rei,qa ſi ago petitione hæreditatis ſuf
ficit pętere hr̄ditatē talis abſq; expreſſione rerū hr̄ditariarū,
vt colligitur ex l.iiij.ꝭ.de peti.hær.ubi ſn̄ia lata pro me poterit
executioni mandari,ēt ī reb. quas incepiſti poſſidere poſt da-
tum libellum , & tn̄ illas ſpecificare non potui. Sol. diſtingue
vt in gl.nam res dēt exprimi.tn̄ aliter in vna actione , aliter in
8 alia.& no.ex gl.† ꝙ ꝓcedit iſte libellus, peto hr̄ditatem talis q̄
poſſides.Doc.dicunt ꝙ immo dēo petere declarari me hr̄dem
talis,& hoc peto iure actionis,& te ɔdemnari ad reſtōnē rerū
hr̄ditariarū,& hoc peto officio iudic. mercenario. ita formar
9 Iuriſc.in l.licet minimam.de pe.hære.ꝭ.¶ †No.ēt gl.quæ ſꝑ ad
hoc allegatur , ꝙ p̄t peti executio ſummę non liquidæ , & in-
ipſa executione fiet liquidatio.Eodem modo dicūt Doc.ſi ſta
c tutum dicat,ꝙ inſtr̄m mittatur executioni,[c]& ego habeo in-
ſtr̄m ſuper ſumma non liquida, puta ſuper intereſſe: poſſum
petere executionem,& facere capi te,vel bona tua, & poſtea
liquidabo quātitatem.de quo ēt per Bar.in l.j. in fi.ꝭ.de lęg.ii.
10 & in l.j.iud.ſol.ꝭ.¶†Tertia oppoſitio in ver.item in cā,ꝙ non
ſufficit ſola expreſſio cauſæ: qa ſi dico peto a te x.qa Rex eſt ī
Francia,exprimo cām , & tn̄ ex ea non pōt ſequi condemna-
tio.Sol.cā dēt eſſe talis,ex qua neceſſario ſequat̄ cōcluſio , qa
nihil aliud eſt actionem edere , niſi applicare cām ad conclu-
ſionem,qđ eſt argm̄ legiſtarum,ut dicūt ultramontani,& re-
fert Cy.in l.edita.C.e.& dicit Bar.ibi,ꝙ qn̄ conclo non ſeqtur
ex cā præmiſſa,libellus ipſo iure eſt nullus,& in quacunq;par
te iudicii pōt de nullitate opponi,& ēt poſt ſn̄iam,qa non va-
11 leret ēt ſi non fuiſſet oppoſitū,tene menti.¶†Quarta oppoſi-
tio in ver.ꝙ aūt.non requirat̄ expreſſio cauſæ , qa ſi ago ɔtra
te rei vēdicatio. ſufficit̄ me dicere dn̄m abſq; eo ꝙ exprimam
cām ex qua dn̄ium acquiſiui,vt probatur in l.an eādē. §.actio.
in fi.de excep.rei iud.ꝭ. Sol.cā eſt duplex. ſ.remota,& mediata.
item proxima & īmediata.In actione reali ſufficit exprimere
ꝓximam immediatam,& illa eſt dn̄ium,quod parit rei vendi-
cationem,nec requiritur expreſſio cauſæ remotę.poſſet tn̄ ex
primi, & tunc ſi exprimatur ſn̄ia abſolutoria ſimpliciter lata,
ſolum in illa præiudicium faceret,ut l.ſi mr̄.§.si quis autem.ꝭ
de exce.rei iud.ſed si non exprimat̄ in libello, facit pręiudiciū.
in omnib.quæ tp̄e libelli ſubsiſtebant , uel ſubsiſtere poterāt,
poſito ēt ꝙ in proſecutione fuerit alteram ꝓſecutus tm̄ , ſed
non faceret præiudicium in cā ſuperueniente poſtea vt d. l. si
mr̄.§.eandem.& d.l.an eādē.§.actiones.ꝭ.de exce.rei iud.Expe-
dit ergo reo,ꝙ potius non exprimatur cā remota in libello,
q̄ ꝙ exprimatur . Vnde dicit Bal.ꝙ pedē ſibi percutit cum li-
gone,q in rei vendicatione cām remotam petit exprimi.¶In
actionib.vero perſonalib.econuerſo requiritur expreſſio cāę
remotæ,puta ɔtractus,vel quasi.nec ſufficit expreſſio cāæ ꝓxi
mæ,puta oblig.Non enim ſufficit dicere te mihi obligatū ciu
liter,& naturaliter ad centum, nisi dicā ex qua cā , licet obli
ga.sit proxima cauſa actionis. Rationem diuerſitatis gloſſ.hic
nititur oſtendere ꝑ uerba obſcura , & modici ſaporis.Sed dic
ꝙ iō in rei vend.ſufficit exprimere cām. ſ.dn̄ium,qa ex quacū
que cā habeat̄,ſꝑ eſt vniforme,siue ex ɔ̄ctu bonęfidei,siue ſtri
cti iuris , siue de iure ciuili,siue de iure gentium, siue ex cauſa
oneroſa,siue lucratiua, nam non sic obligatio eſt vniformis.
nam alterius nāæ eſt,qn̄ deſcendit ex ɔtractu bonęfidei,alteri⁹
qn̄ ſtricti iuris, & sic de cā lucratiua, & oneroſa,unde nisi ex-
primat̄ cā,reus non redditur certus de nā actionis propositæ,
q̄ ſequit̄ naturā obligationis , ſed exprimendo dn̄ium ſatis eſt
certus,qa unica, & vniformis eſt rei uendicatio,nec uariat̄ ex
varietate cārum. & ideo in actionib. ꝑſonalib. cum requirat̄
expreſſio cauſæ remotæ ſn̄ia abſolutoria nō facit p̄iudiciū in
alia cā q̄ expreſſa,ut d.§.actiones.ſed si non fuiſſet expreſſa,&
reus non oppoſuiſſet faceret p̄iudicium in oīb. ſm glo. hic in
ver.ubi aūt reus.quā no.& tene menti. & hoc vſq; ad verſ.ſed
12 nonne ibi eſt.¶ † Quinta & vlt.oppositio,ꝙ ſufficiat exprime
re nomen actionis, cum illo expreſſo cenſeat̄ ēt expreſſa cau
ſa,qa si dico,peto a te centum certi condōne ex mutuo, ſatis
patet ꝙ ago ex cā mutui. Tn̄ gl.tenet ɔtrariū,qa illud verb.ex
mutuo,non ponit̄ ad ſignificandum cām , ſed ad exprimen-
dum nomē actionis. Doc.ɔtrariū tenēt,qa reus ſatis redditur
certus.Conclude ergo, ꝙ tria ſunt neceſſaria. ſ. expreſſio rei,
expreſſio cauſę formaliter , vel ęquipollenter, ut in proximo
p̄cedenti caſu.item conclō q̄ ſequitur ex illa cā: quia nō ſuffi-
ceret narratio nisi ſequeretur petitio, quare peto te condem-
nari &c. licet ſecus in criminalibus, in quibus non requirunt̄
conclō.ut no.Cy.in l.in cauſis.C.de acc.& in l.nec exemplo.ꝭ
fal.gl.tn̄ notabilis in c.quia præſulatus.j.q.iiij.vr̄ dicere , ꝙ nec
etiam in ciuili requiratur,ſed falſum eſt. & vide quod no.Bar.
in l.certi condi.in prin.si cer.pe.Expreſſio vero nominis actio
nis non requiritur ſm Pla.Io.et Azo.quod approbatur in ca.
dilecti.de iudi.licet gl.hic in fi.dicat contrarium.et si exprima
tur licet inepta non vitiatur libellus , dummodo intentio sit
apta,ut no.Inn.in c.examinata.de iud. ſecus si eſſet inepta , et
ita debet intelligi l.j.§.j.ſi menſor fal.mo.dixerit.

ADDITIONES.

a ¶ Modum libelli.Sed quid ſi ſtāte ſtatu. ꝙ in cauſa debeat offerri libellus,& ſuꝑ ea procedi ſine ſtrepitu,& figura iudicicii quidā producit libellum,& dicit non per modū libelli, ſed aliqualis, & ſimplicis petitionis,an ſuper tali libello poſsit fundari iudiciū.Pe.de Anch.conſ.33. tenet ꝙ non per rationes,& iura ibi allo.

b ¶ In tali caſtro.Adde Ale.cōſi.182.lib.2.an procedat libellus generalis ,& qn̄ vide Ang.conſ.25.& dicit Sig.cōſi.187.ꝙ libellus quantuncunque gn̄alis,& obſcurus dummō concludat admittitur,& vide Ang.conſ.56.Alex. conſ.24.4.lib.

c ¶ Executioni.Adde Lud.Roma.conſi.111.qui hic a d.Iaſ.non allegatur,& tamē ibi tenet ꝙ debet intelligi de inſtrumentis liquidis non liquidandis, quanquam idem Ro.conſ.76.tranſeat cum op.Bar.hic,ſed melius loquitur in alio cōſilio, in quo dicit,ꝙ ita legendo ſemper tenuit.Reliqua in materia huius principij vide hic ad dicta Bar.& Alex.

---

1 *Copia inſtrumentorum, quæ in iudicio producuntur, quando ſit danda.*
2 *Editio eſt duplex , & qualiter fiat productio, & quando requiratur originalis ſcriptura, & an ſit danda copia aduerſario.*
3 *Copia producta cum die & conſule quòd facit fidem contra partem quæ eam dedit.*
4 *De inſtrumentis productis quando ſit danda copia cum die & conſule, & quando poſſit uendicari originale. & nu. 5. & 6.*

5 *Si actor*

5 *Si actor uellet redarguere inſtrumentum de falſo, non debet ſibi edi cum die & conſule.*
6 *Acta quare eduntur cum die & conſule.*
Liber actorum uel protocollorum ſi reperitur penes aliquem priuatum nõ reputatur ſuus, ſed eorum, quorum negotia ibi continentur.
7 *Si produco aliquod inſtrumentum contra te & continet aliquid, proteſtandum eſt ei pro te, ſicut pro me.*
Quid ſi dico, ꝓduco inſtrm̃ ĩ parte, & partib. facientib. ꝓ me & nõ aliter.
8 *Si quis non uult procedere in iudicium aliquod inſtrumentum ex aliqua cauſa, tamen portat ipſum iudici in camera ad inſtructionẽ eius & iudex repetit aliquid ibi contra ipſum, & pro aduerſario, an poſſit illi ſtare ac ſi eſſet in iudicium productum.*
9 *Si in libello meo facio mentionem de aliquo inſtrumento, põt aduerſarius meus petere, ꝙ edam ſibi illud inſtrumentũ anteq̃ reſpondeat libello.*
10 *Ceſſionarius agens an debeat ante omnia edere inſtrumentum ceſſionis.*
Minor, mulier & ruſticus excuſantur a dolo præſumpto de præterito, & quid in dolo præſumpto in futurum, ut ſi uellent producere teſtes poſt didicita teſtificata.

1 §. Editiones ſine die. ¶ † Inſtrumentorum, q̃ in iudicio ꝓducuntur danda eſt copia aduerſario petenti ſine die tñ, & ꝯſule confecti inſtri ad euitandũ ſuſpicionem falſum fabricãdi. de die tñ, collatę ſolonis danda eſt copia, ſed ſi ꝓducatur liber rõnum dãda eſt copia diei, & ꝯſulis ꝯfectarum rõnum. Itẽ illorũ dũtaxat copia dãda eſt, q̃ in iudicio qs ꝓducit, uel ꝓducturus eſt, nõ de illis, q̃ nec produxit, nec ẽ ꝓducturus. Et ꝯ nõ dantem dat̃ actio in factum ad intereſſe, niſi excuſet̃ rõne ſexus, vel ruſticitatis, vel ętatis. h.d. vſq; in fi. l. Et primo loquitur qualr̃ debet fieri editio parti. i. datio copię, eorũ quæ ĩ iudicio ſunt ꝓducta, uſq; ad §. edẽda. Secundo q̃ ſunt illa de qb. dẽt fieri editio parti. i. dare copiam, vſq; ibi, eis. Tertio qualr̃ ꝓuidet̃
2 ꝯ illum, q dare debuit copiam, & nõ dedit. † Et ſcias, ꝙ duplex eſt editio. Quædam q̃ fit iudici, & iſta fit de originalibus ĩſtris, uel ſcripturis, & dr̃ productio, q̃ debet fieri verbalr̃ & rr̃, nec ſufficeret dicere uerbaliter produco quoddam inſtrm̃, quod habeo ſcriptum manu talis notarii, niſi etiã regulariter cor-
a puſipſius inſtri[a] portaret coram iudice, & hoc vult gl. ſup verbo, & aliũ, q eſt in p̃cedenti §. in gl. & de iſta ꝓductione loquit̃ tex. in §. edenda. in uerſ. editurus eſt. i. ꝓducturus eſt coram iudice, ſicut ẽt ꝓducuntur teſtes, ut l. produci. ff. de teſtib. qđ ꝓbatur. C. ſi cer. pet. aut. nouo iure, ꝙ inſtra non proficiunt, niſi ꝓducenti, & ſic vtenti. Quædam eſt editio q̃ fit parti, & iſta non fit de originali ſcriptura, ſed de copia ipſius. C. e. l. procurator. originalia vero, vel remanent penes iudicem, uel pars deportat ſibi domũ poſtq̃ ꝓduxit, & facit deſcribi productionẽ, &
b principium, & finẽ inſtri, [b] & ita eſt in vſu, & in Romana curia totus tenor inſtri deſcribitur in actis, quod eſt utilius, quia tunc licet originale perdat̃, illa copia fidem faciet, vt no. in l. chirographis. §. fi. de adm. tut. & de hac ſecunda editione, q̃ fit parti, loquunt̃ iſti tex. & §. edenda. in prin. debet. n. intelligi. §. edẽda ſunt omnia parti, q̃ qs apud iudicem editurus eſt. i. ꝓducturus coram iudice, & ſic loquitur de prima ꝓductione. ¶ Et no. ꝓ declaratione omnium gl. & Doc. ꝙ in iſta mã fuit diuerſitas opi. inter Azo. ex una parte, & Io. & Hugo. ex altera. Qui Azo tenuit, ꝙ non ſit danda copia aduerſario, niſi de inſtrumentis, q̃ qs in iudicio ꝓduxit, vel eſt producturus, & tunc ĩdiſtincte ſit danda tã reo ab actore, q̃ ecõtrario, nec ẽt diſtinguitur ad quem finem petat̃, vel vt petens fundet ſuam intentionem ex eo, vel vt ſe defendat. Si autem non ſint in iudicio ꝓducta, vel ꝓducenda, tenuit Azo indiſtincte, ꝙ qs non teneat̃ dare copiam aduerſario, nec reus actori, vt l. q accuſare. C. eo. nec econuerſo, qa non eſt iuſtum, ꝙ qs de domo mea ſumat arma ꝯ me, argm̃. C. de teſtib. l. nimis graue. iſta ſua opi. vr̃ recte ꝓbari in §. edenda. ubi vr̃ caſus de vtroq; dicto, & ex iſtis ĩfert, ꝙ iſte §. q dicit dandã eſſe copiam ſine die, & ꝯſule, nõ intelligitur de illis inſtris, q̃ fuerunt in iudicio producta, de aliis vero non eſt tractandũ qualiter ſit danda, poſtq̃ ſm̃ eum nõ eſt danda. ſed Io. eſt in ꝯria opi. in vtroq; dicto, ꝙ nõ ſolũ dẽat dari copia de productis in iudicio, de qb. non eſt dubium, ſed etiam de non productis, vel producendis, ſi tñ petatur per reũ ab actore ad fundandam exceptionem, uel per actorem reo ad fundandam replicationem, uel ad intentionem ſuam fundatã coadiuuandam. ſed ad non fundatam fundandam non debet fieri, ut l. q accuſare. & hoc ꝓbat ipſe ꝑ l. fi. & ꝑ l. inſtri, & l. non eſt nouum. C. e. ſed Azo dicit, ꝙ illę leges loquuntur in rõnib. q̃ ſunt cões. Nos loquimur ĩ iſtrumẽtis, q̃ ſunt ꝓpria illius, q recolligit a notario. Nec ob. ſm̃ Io. §. edenda. in fi. qa debet intelligi de illis qb. qs non vtit̃, ꝙ non ſit fienda editio parti ſic ĩdiſtincte, licet de illis qb. utitur fiat indiſtincte, ſed cũ diſtinctione p̃dicta bene debet fieri, ut in illis legib. quas Io. intellexit in inſtrumentis, non in rõnib. Tenuit ẽt Io. iſtum §. dũ dicit editionem fiendam ſine die, & conſule debere intelligi de inſtris, quæ non fuerunt in iudicium ꝓducta in illis caſib. ĩ qb. fienda eſt editio, ut dixi ſ. ſed ſi ſunt ꝓducta, vult Io. ꝙ tũc fiat editio in totum cum die, & ꝯſule ꝑ §. edenda. in verſ. oĩa. Breuiter in primo dicto tenetur opi. Io. cõiter ꝑ doc. in ſecunda opi. Azo. ꝑ viuam rõnem, quia qñ ſunt in iudicium producta, editio, q̃ poſtea fit parti non fit ad finem inſtruẽdi iudicẽ, quia ſatis eſt inſtructus ex prima editione, ſed fit ad inſtructionẽ partis, q̃ põt inſtrui ſine die, & ꝯſule. Sed qñ non ſunt in iudicium ꝓducta, licet fiat parti in caſib. prædictis, fit tñ ad finẽ, vt inſtruat iudicem, ſed ſi daretur ſine die, & ꝯſue, iudicem nõ inſtruet, quia non daret tali copiæ fidem, cum non ſit ĩ publi-
3 ca forma, & ſic nullius eſſet vtilitatis editio. † Et ſi dicatur, ẽt ſi fiat cum die, & conſule, cum ſit copia, iudex non dabit fidem. Rñdeo, ꝙ immo dabit, poſtq̃ data eſt a parte, quia ꝯ eam q̃ dedit copiam fidem faciet, quod dic ut not. Bart. plene in auth. ſi
4 quis in aliquo. C. eo. ¶ † Quod autem hic dr̃ dãdam eſſe copiã ſine die, & ꝯſule de inſtris ꝓductis. Fallit in quatuor caſib. Primus, qñ quis petit copiam volens redarguere inſtrm̃ de falſo, & tũc debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, ut l. optimam. C. de ꝯhẽ. & commit. ſtip. & l. fi. C. de fi. inſtr. dñt tñ doc. ꝙ hoc non eſt in uſu, ſed debet ſe obligare ad aliquam pœnam arbitrio iudicis ſi non ꝓbat falſitatem, ne malitioſe petat diem, & conſulem. nec debet fieri iſta interrogatio de qua hic in gl. an velit redarguere circa diem, vel alia, vt no. Cy. in d. l. fi. Secundo fallit, qñ non poſſet aliter deliberare niſi haberet copiam diei, & cõſulis, vt ſi aliquis tanq̃ prior creditor in hypotecha agat ꝯ ſm̃, nam nõ poteſt deliberare ſcd̃s, niſi videat an ille ſit prior, vel non, & hoc non poteſt ita fieri, niſi detur copia diei, cum anno, & menſe. Tertio fallit, quando nõ poſſet ſciri dies ſolonis, niſi ſciret̃ dies ꝯfecti inſtri, ut ſi ꝓmiſiſti ſoluere intra ſex menſes a die ꝯfecti inſtri, nam iſta dies ſolonis edit̃, vt hic. Sed non poteſt edi ꝑfecte, niſi ſciatur a quo die incipiunt iſti ſex menſes, vnde in ꝯñtiam diei editi dẽt ẽt iſte edi ſm̃ doc. Itẽ
5 ꝓducitur, & ſic ꝓſequitur ſuam iniuriam. † Quid aũt ſi actor vellet redarguere ĩſtrm̃ de falſo, an debeat ſibi edi cum die, & conſule? dic, ꝙ non, quia non ꝓſequitur ſuam iniuriam, hoc voluit Bar. notabilr̃ in l. tutor q repertorium. ante fi. de admi. tuto. Prædicta locum hñt, qñ ille, qui petit editionem ſibi fieri non eſt dñs inſtri in totum vel ꝓ parte, ſed eſt ille a quo petitur, quia recolligit ipſum a notario de ſua pecunia. Si autem petens eſſet dñs in totum, vel ꝓ parte non haberet neceſſe petere copiam, ſed poſſet vendicare ipſum originale inſtrm̃, & ſic fieret editio cum die, & ꝯſule, ut l. ſi quæ ſunt actiones. ff. fa. erci. & l. ꝓcurator. C. eo. & hic ĩ gl. Item ꝓcedunt p̃dicta, qñ editio petitur non a priuato, ſed a pſona publica, ut a notario, qui fuit rogatus ab ipſo petente, q̃ ſilr̃ deberet edere in publica forma ipſum originale inſtrm̃ non copiã, ſic cum die, & ꝯſule, ſicut ẽt argentarii edebant librum rõnum in quorũ lo-
6 co ſuccedunt hodie notarii, vt ff. eo. l. prætor. §. j. † & hæc eſt rõ quare acta eduntur cum die, & cõſule, vt l. ii. C. e. & hic in gl. qa editio petitur a notario, q cõfecit acta, vel ab officialib. publicis apud quos acta ſunt depoſita. Et idem vr̃ ſi liber actorũ, vel ꝓtocollorum reperitur penes quẽdam priuatum, quia nõ reputatur ſuus, ſed eorum quorũ negocia ibi cõtinent̃, & hoc voluit Inn. in c. j. extra de ꝓba. vbi ẽt dicit, ꝙ de ĩſtris tutelę ꝓcuratoris, vel emãcipationis in iudicium ꝓductis, & aliis quibuſcunq; ꝑtinentib. ad legitimationem pſonarum debet fieri editio cum die, & conſule, quia in illis conſiſtit principalis intentio ꝓducentis, ac ẽt petentis intentio fundat̃, & ita de facto ſeruat̃, quod not. Et ex his remanent declarata oĩa q̃ tanguntur hic in gl. valde obſcure. & vide quod no. ĩ cle. j. de vſu.
7 & Inſt. de inuti. ſtip. §. item verborum. ¶ † Et not. circa fi. glo. ſi ꝓduco, aliquod inſtrm̃ ꝯ te, & ibi continetur aliquid pro te, ꝙ
c ſtãdum eſt ei pro te, ſicut pro me. [c] Sed quid ſi dico prout quotidie faciũt procuratores, produco inſtrm̃ in parte, & partibus facientib. pro me, & non alr̃ nec alio mõ. Bal. in l. i. C. ut quæ deſunt aduoca. partium, vr̃ expreſſe tenere, ꝙ iſta verba nihil operantur, ꝙ nihilominus ſtabitur in parte faciente pro te ꝯ me, quod eſt ſingulare. De hoc tñ vide in Spe. de inſtr. edi. §. videndum. ver. quid ſi aliquis, & ver. quid ſi producitur, vbi vr̃
8 ſentire oppoſitum, & habui iſtum caſum de facto. ¶ † No. etiã iſtam gloſſ. dum dicit, uel non vtendo, ad vnum, quod vidi de facto, & ſępe contingit, quia pars habebit vnum inſtrm̃, quod

ADDITIONES.

a ¶ Corpus inſtrumenti. Vide in pract. Pap. in verbo exhibet, & producit.
b ¶ Principium inſtrumenti. Adde ꝙ hanc productionem approbat Inn. in c. quoniam contra. col. j. in ver. inſtrumentorum. de prob. & ſequitur Pet. Anch. in cõſ. 41. incip. prima facie. col. ij. in prin. Fran. Cur. Adde Cępo. caute. 175. accipere al le. Pau. hic. & Floria. in l. in lege. col. 4. ad l. Aquil.
c ¶ Sicut ꝓ me. Adde Lud. Ro. conſ. 71. & conſ. 443. & ibi, an talis productio poſſit reuocari, de quo ẽt per Do. Signo. conſ. 240. prędicta tñ omnia limita non ꝓcedere, cum quis produceret appellationem aduerſarii ſui ĩ paſſib. pro eo faciẽtib. & contra partem aduerſam, quia tunc talis proteſtatio cõſeruat ius ipſius ꝓducentis, ſm̃ Ro. deciſ. ſuis in nouis. de fid. inſtr. Et de dicta clauſula in illis partib. &c. Vide per Io. Pet. de Ferrariis. pract. Pap. ĩ ſua practica in forma productionis inſtrorũ. col. 3. ver. in illis paſſib. & Barb. in ſuo conſ. 17. col. 15. in 2. vol. Cur.

qđ non vult in iudicium producere pp aliquam cauſam, tñ
portat ipſum iudici in camera ad inſtructionem eius,iudex re
perit aliqd ibi ꝯ ipſum,& pro aduerſario vr̃ velle iſta gl. ꝙ poſ
ſit illi ſtare,ac ſi fuiſſet in iudicium productum. Hoc tñ vr̃ mi-
hi ꝑiculoſum,qa non conſtat ſibi,vt iudici ſed vt priuato, ſed
a tñ ad alia informabit[a] mentē eius,vt pronior ſit pro altera par
9 te.Circa §.edenda.no.in verſ.editurus.†quia hic vr̃ caſus,ꝙ ſi ĩ
libello meo facio mentionem de aliquo inſtr̃o, poteſt aduer-
b ſarius meus petere,ꝙ edā ſibi illud inſtr̃m anteq̃ r̃ndeat[b] libel
lo,& hoc hr̃ ꝑ Inn.in c.j.de proba.& ĩ Spe.de inſtru.edi. §. nũc
10 dicamus.verſ.qd ſi qs.& ꝑ Bar.in l.edita.C.eo. †Quid in ceſſio-
c nario[c] agente,an debeat edere ante oĩa inſtr̃m ceſſionis? vide
Bar.ĩ l.ſi duo rei.ſ.de ſol.& l.poſtq̃.§.ſi dies.ſ.vt leg.no.ca. & C.
de procu.l.q ſtipendia.& in Spec.de actione.verſ.ſed pone qui-
dam &c.¶Vlt.not.in fi.l.ꝙ minor,mulier, & ruſticus excuſan
tur a dolo p̃ſumpto de p̃terito. ſed à dolo p̃ſumpto in futurũ
an excuſentur,vide Bar.in l.j.§.nuntiatio.ſ.de ope.no.nun.vt ſi
vellem producere teſtes poſt didicita teſtificata, quo caſu p̃ſu-
mitur ſubornatio,an iſtæ perſonæ excuſentur ab iſta præſum-
ptione,vt ſic poſſint producere? dic vt ibi notatur.[vbi allegat̃
iſte tex.ad deciſionē.Pau.de Caſt.qui incepit hic audire iura ci
uilia in hac l.a do.Bal. & habebat duos ſocios qui erãt filij ſui,
& ſedebant in vna bancha,& dicit, ꝙ verba ſua non erãt pro
nouitiis,& cum receſſiſſet ab ei⁹ ſchola cito recolligebat ver-
ba ſua quæ non erant pro nouitiis.]

ADDITIONES.

a ¶Informabit.Do.Iaſ.dicit hic, ꝙ hæc non fuit intentio gl. vide hic per ipſum.
b ¶Antequam reſpondeat.Intellige niſi iurauerit,ꝙ tunc non habet illa inſtrumē-
ta in promptu,quia iurando ſic debet procedi in cauſa ſecundum Rotam deciſ.
ſuis de fi.inſtr. in aut.quis,inci.ſi in libello.
c ¶Quid in ceſſionario.Vide per Lu.Ro.conſi.163. & ibi vide quid de emphyteu-
ta,& feudatario,an debeant dominis edere inueſtituras: de quo per domi.Iaſ.in
l.ſeq.dicitur.

LEX II.

b ¶ Admittantur. Quòd appellatione ſucceſſoris veniat tantum vniuerſalis, vide Felyn. in c. quia Gu. de iudi. in vlt. col. ꝙ ſi copulatiuè dicatur hæredib. & ſucceſſorib. etiam non comprehenditur ſing. ſ̃m do. Ia. hic contra do. Alex. conſ. 193. ij. lib. pro quo adde Fran. Curt. conſ. 45. in fi. vbi ſequitur dictum Io. de Imo. & ibi concludit, ꝙ appellatione ſucceſſoris comprehenditur quicunque ſucceſſor.

ꝙ officium iudicis ex hoc edicto, partim hēt naturā perſona-
lis actionis,partim realis,perſonalis ideo,qa non datur contra
ſucceſſorem ſingularem,realis ideo,qa non datur niſi contra
eum,q habet facultatem edendi.Vnde ēt ꝯ hæredem non da-
8 tur,niſi qñ habet,vel dolo deſiit habere.¶†Item no.ꝙ contra
ſingularem ſucceſſorem datur in ſubſidium actio in factū ad
edendum de æqtate,qñ ꝯ hæredem vl'em non poteſt dari ,.vñ
Inn.in c.j.extra.de proba.dicit,ꝙ ſi protocolla notarij reperiū
tur penes quendam tertiū,pōt compelli ad edendum ſicut ip
ſe notarius,qđ vr̄ limitādū,ſm iſtū tex.ſ.in ſubſidiū, qñ nō po
teſt dari actio contra hæredem,vel ipſum notariū.Sed ſi nota
rius viueret, & poſſet peti editio ab ipſo, non deberet peti ab
alio tertio,& idē ſi mortuus eſt hr̄s eius,& fuit in culpa, ꝙ ad
9 manus eius tertij ꝑueniret.¶†Vltimò not. ꝙ hæres eoipſo eſt
in culpa,qñ quis fuit proteſtatus,ꝙ alteri non tradat,anteq̄ fa
cta ſit editio,ēt ſi illi fienda erat traditio,quia fuerant ſibi lega
ta,facit l.dolo.ſ.ad l.Falc.tene menti omnia prædicta.

1 *Quòd ſcripturis officialium publicorum,puta gabellariorum, nec nō libris, qui tenentur in armario communis,datur fides in his,quæ concernunt miniſterium eorum.*

2 *Illa ſcriptura poteſt dici authentica cui de conſuetudine datur fides, licet non ſit confecta a notario.*

3 *An hodie ſtetur libris mercatorum, vel campſorum cum non habeant officium hodie de publico,ſed quilibet pro ſuo libito eligit ſibi banchum, & in ſequenti l.*

1 §.Numularios quoque. ¶†Not. text.ibi, [& frequentiſſi-
mè,&c.]per quem dicit Bar.ꝙ ſcripturis officialium publico-
rum,puta gabellariorum,licet non ſint notarij, datur fides in
his,q̄ concernunt miniſterium eorū,ac ſi eſſent publicæ ſcrip
turæ,& ſcriptæ manu notarij,& idem in libris, q tenentur ī ar
a mario [a] cōis, & ſunt confecti per priuatas perſonas in aliquo
officio publico.Ad hoc facit c.cum dilectis. extra de fide inſtr.
2 †vbi pōt dici ſcriptura authentica illa cui de conſuetudine da
3 tur fides,licet non ſit confecta a notario .¶†Vltimò not.gl.q̄
b ſemꝑ allegatur an hodie ſtetur libris iſtorum mercatorū, [b] cū
non habeant officium hodie de publico,ſed qlibet pro ſuo li
bito eligit ſibi banchum,olim.n.qa eligebat̄ de publico,ſtaba
tur non ſolum contra ſe,ſed ēt pro ſe, & quo ēt ad extraneos.
Bart.tñ dicit ſe putare, ꝙ ēt olim non ſtabat̄ pro ſe, ſicut nec
hodie ſtaret̄ ſcripturæ notarij pro ſe, niſi rōne connexitatis ſi
eſſent duo capl'a connexa vnum pro ſe,aliud contra ſe,& ego
acceptarē vnum,puta,ſm contra ſe, nā teneor acceptare,etiā
primum,puta ſi continebat me vēdidiſſe pro centū, & ego ac
cepto,& dico ꝙ vēdidi pro centum & qnquaginta, certè non
poſſum diuidere,ſed debeo vel totā ſcripturā acceptare,vel to
tā recuſare,vt l. publia.in fi.ſ.depo.hr̄ ergo hic gl.tenet, ꝙ ho-
die ſtatur contra eos non pro eis,qđ intellige niſi ſtatutum,vl'
conſuetudo ſit in contrarium,vt Florētiæ,ꝙ vſq; ad certā quā
titatem ſtetur libris mercatorum ēt pro ſe.Quid aūt quantum
ad extraneas ꝑſonas?gl.non tāgit.Doct.dñt,ꝙ faciunt ſemiple
nā probationem ꝑꝑ hoc,ꝙ ad eorū fidē frequēter recurritur,
& hoc eſt notandum, nā dictis ipſorum ſine iuro datur ſemi-
plena fides,& hoc iō, qa difficilius ſcriberent falſum in libro
ſuo,q̄ non dicerent ꝑꝑ timorem falſitatis, qa non de facili qs
conficit falſam ſcripturam,maximè in libro ſuo, quē tenet ꝑ
authentico,& Florentiæ ſi reperiretur aliqua falſitas, puniret̄
ſicut notarius de falſo. Vnde multum cauent, qñ ſcribunt in
libris ſuis,ſed non ſic in ſimplici verbo.

ADDITIONES.

a ¶In armario.Scriptura archiui publici facit notorium,ſm Ro.conſ.351.& ſcriptura archiui præfertur ſcripturæ factæ a camerario communitatis, tanquam a priuata perſona,ſecundum eundem.conſ.319.

b ¶Mercatorum.De hoc pulchrè per Ro.conſi.205.& quid ſi continet diuerſa capitula,vide per eundem conſi. 346.& an liber rationum ſcribæ ſit publicus,vide per eundem conſ.70.& an libris mercatorum detur fides, vide per Arch.conſi. 44.& an conſuetudo,ꝙ libris mercatorum detur fides,ſit irrationabilis,vide per eundem conſi.45.& in materia prædicta,vide Io.de Ana.conſi.[c] 40. & 53.an aūt liber theſaurarij præiudicare poſſit communi, vide per Signor.conſ.19.

LEX X.

1 *Caſus in hac lege notatur,in quo reus edit actori ad intētionem ipſius actoris fundandam.*

1 ARgentarius rationem. ¶†No-
hic ca-
a ſum in quo reus edit [a] actori ad intētionem acto-
ris fundandam,eſt & alius.ſ.e. l. nec quiſquam.rl'
ſecus,vt l.qui accuſare.C.eo.ſic ergo notarius ēt cōtra ſe tene
tur edere ad actoris intentionem fundandam,vt dixi.ſ.eo.l.ꝑ-
tor.§.j.item dicit Ang.hic per hūc tex.dum dicit neq; alios ab-
ſimiles & c.ꝙ mercatores,& campſores Moderni,quia nō eli-
guntur a publico,non tenentur eorum codices edere ad acto
ris intentionem fundandā contra ſe,licet ſi edant ſtatur eis cō
tra ſe,vt no.in prin.d.§.& hoc vr̄ velle expreſſe glo. in cle.j.de
vſur.ꝑ locum a ſpeciali,quia ſi eſt ſpeciale in vſurario,ergo in
contrarium eſt ius cōe,& ita dicit ſeruari, ſed Iac.But. & Bar.
in l.j.C.eo.tenent contrarium, quia de cōſuetudine conficiūt
libros,& rationes,quam ob rem cenſetur eius mādatum a cō
trahentib.cum eis,& ſic eorum rationes ſunt cōes, deberēt er
go edere cum die, & conſule, & hanc partem tenui in l.ꝑtor.
§.j.ſ.eo.q̄ æquior eſt. Debet tñ petens allegare nomen libri,&
folium in quo dicit contineri ſuā rationem, qa non tenetur
totum librum oſtendere,vt ſ.proxi.§.& dixi in d.l. ꝑtor.in pri.
ideo qui habent ſchedulas de ipſorum manu faciunt apponi
prædicta.ad cle.autem primam quid addat ſpecialitatis, tetigi.
ſ.eo.l.ſi quis rationem.prædicta de iure, de conſuetudine autē
diuerſimodè ſeruatur,& illa eſt ſeruanda vbi viget.

ADDITIO.

a ¶Edit.Dicit Ro.conſi.398. ꝙ reus ſemper edit actori ad fundandam eius intentionem ex magna cauſa,& vbi vertitur maximum periculum animæ.

1 *Quòd in omni negocio debet ſeruari, vt a capite incipiatur, non a cauda, quia potiſſima pars cuiuſq; rei eſt principium*

2 *Editio conſiſtit in faciendo inſpici,& etiam deſcribi.*

3 *Notarii non tenentur edere inſtrumentum non data pecunia, & ſi ediderint,an poſſint petere ſibi ſolui de labore, & qua actione.*

De ſalario notariorum, vide remiſſ.ibi.

1 §.Edi autem ratio. ¶†Not.hic vnum,quod in omni negocio dēt ſeruari,
vt a capite incipiatur,non a cauda, qa potiſſima pars cuiuſq;
2 rei eſt principium,vt l.j.ſ.de orig.iur. ¶†Item no.ꝙ editio con
ſiſtit in faciendo inſpici,& etiam deſcribi.adde c. contingit.ex-
3 tra de fide inſtru.¶†No.etiam gl.quæ eſt in principio iſtius le-
gis, quæ dicit, ꝙ notarii non tenentur edere inſtr̄a non data
pecunia,ſed ſi ediderint,an poſſint petere ſibi ſolui de labore?
vr̄ ꝙ non,per l.j.§.j.vel ij.de var.& extraord.cognit.Bar.tamen
dicit contrarium, quia cenſentur locaſſe operas ſuas, vñ pñt
agere actione locati ad id,quod conſuetum eſt, arg.C.locati.
l.excepto,& adde l.vlt.C.de princ.agen.in reb.lib. xij. & de co-
lonis Illyricanis. l.fi.lib.xj.& de proximis ſacro.ſcrinio.l. in ſa-
cris.circa prin.lib.xj.& in c.ſtatutum.de reſcriptis.lib.vj.vbi fit
mentio de ſalario notariorum.& in Spe.de ſalar.

1 *Contra non edentem datur actio ad intereſſe, quod licet non fuerit probatū in primo iudicio,poteſt probari in ſecundo.*

2 *Notarius vel alius, qui tenetur mihi edere ad probandum intentionem meam contra te, licet non ediderit ſi tamen poteram probare aliter, vt per teſtes,vel inſtrumenta,non tenetur mihi ad intereſſe, licet male fecerit,& deliquerit,& quare.*

3 *Quid ſi probaui per teſtes, ſed iudex per iniuriam tulit contra me ſententiam iniquam?quòd potero agere contra iudicem non notarium.*

4 *Sententia abſolutoria,quia actor non probauit eſt diffinitiua, & ſic tranſit in rem iudicatam, & impedit iterum agere.*

5 *Si volui aliquos inducere in teſtes,qui ſciebant veritatem, & ipſi ſe abſentauerunt ſtudioſè,vt non redderent teſtimonium, & propter hoc ſuccubui,hoc probato tenentur mihi ad intereſſe.*

Si iuraſſent,& ſe abſentaſſent,poſſent puniri de falſo, quod etiam committitur occultando veritatem.

6 *Intereſſe non probatur per iuramentum contra illum, qui originaliter non tenebatur iure actionis,ſed officio iudicis.*

1 §.Cum autem in id. ¶†Contra non eden-
tem datur actio ad in-
tereſſe,qđ licet non fuerit probatum in primo iudicio, poteſt
ꝓbari in ſecundo.h.d. Primò ponitur vnum dictum vſq; ibi.
ſed an.Secundò opponit,ꝙ non poſſit procedere vſq; ibi, ſed
non.Tertiò ſoluit vſq; ibi,ſic.n. Quartò probat ſolōnem ꝑ ca
2 ſum ſilēm.¶†Et no.in ſcđa parte,ꝙ licet notarius, vel alius,q
tenetur mihi edere ad ꝓbandum intentionem meā contra te
non ediderit,ſi tñ poterā ꝓbare alr̄,vt ꝑ teſtes,vl' inſtr̄a, non te
netur mihi notarius ad intereſſe,licet male fecerit,& delique-
rit,quia non videor recipere damnum hoc ex ſuo delicto, ſed
3 ex mea negligentia,quia potui,& nolui.†& idem ſi ꝓbaui,ſed
iudex ꝑ iniuriā tulit contra me ſnīam iniquā, nā poſſum age-
re contra iudicem,& non contra notarium. tene menti, quia
prima facie videretur contrarium,ꝙ culpa mea,vel delictū iu
dicis non excuſaret dolum notarij,qa eoipſo eſt ī dolo ꝓſum-
pto,ꝙ non edit cum edere debeat,& ſic vr̄,ꝙ non poſſit mihi
imputare culpam meā,cum dolus eius ꝓponderet? cogita ſuꝑ
hoc de rōne,qa regul'r ſecus,vt l.item ſi obſtetrix.ſ.ad l.Aquil.
4 in fi.Allegatur etiam iſte tex.pro caſu, †ꝙ ſententia abſoluto-
ria,quia actor non probauit,eſt diffinitiua, & ſic tranſit in rē
iudicatam,& impedit actorem iterum agere. Quod patet,qa
ſi poſſet iterum agere non ageret contra argentariū ad intereſ
ſe,qa non edidit,tunc ſi vellet edere hodie,& ſic poſſet conſe-
qui ſuā intentionem,cuius contrarium hic patet. Nam hodie
non intereſt ſua amplius ſibi edi, cum ſuccubuerit in cauſa,&
amplius agere non poteſt,& ꝑꝑ hoc tenet glo.ꝙ ſit diffinitiua
in auth.qui ſemel.C.quō,& qñ iudex. & patet in l. Imperato-
res.ſ.de re iud.& C.eo.tit.l. ſub ſpe. vbi non retractat̄ talis ſnīa
5 ꝑꝑ inſtrumenta de nouo reperta.†dicit etiam Ang.hic proba
ri per iſtum tex.ꝙ ſi volui aliquos inducere in teſtes, qui ſcie-
bant veritatem, & ipſi ſe abſentauerunt ſtudioſè, vt non red-
derent

derent teſtimonium,& pp hoc ſuccubui,ꝙ hoc ꝓbato, ꝙ ſci-
uerint veritatẽ,& recuſauerint teſtificari,tenentur mihi ad in
tereſſe,quinimò ſi iuraſſent, & ſe abſentaſſent poſſent puniri
de falſo, quod non ſolum committitur dicendo falſum, ſed
occultando veritatem.l.presbyteri.C.de epiſ.& cler.cũ ibi not.
6 ¶†Vltimò dicit Ang.hic probari, ꝙ intereſſe non probatur ꝑ
iuſm ꝯ illum, ꝗ originaliter non tenebatur iure actionis, ſed
officio iudicis,nam vult iſte tex. ꝙ ꝯ argentarium debeat ple-
nè probari intereſſe,ſed ꝯ illum,ꝗ tenetur iure actionis, ſi fuit
in dolo,prout hic fuit argentarius, probaretur ꝑ ſolum iuſm,
in l.ſemp.§.interdicto.ff.quod vi aut clam. & l.in actionib. ĩ fi.
ff.de in litem iuran.& l.ſi qñ.C.vnde vi. contra illum vero,qui
non fuit in dolo,indiſtinctè requiritur plena probatio,qđ dic,
vt not.in l.j.C.de ſententiis,quæ pro eo quod intereſt.

De pactis. *Rubr.*

1 *Diuiſio materiæ præſentis legis.*
2 *Verbum,ius naturale,vbicunque refertur ad actus qui non poſſunt conue-
nire,niſi hominib.exponitur ius naturale,ideſt gentium.*
Obſeruatio fidei fuit de iuregentium primitiuo.

L E X P R I M A.

HVius edicti ęquitas. Iuriſ-
cõſul
tus primo commendat edictũ p̃toris factũ
ſuper hac mã, cuius verba bñr.ff.e.l.iuriſgẽ-
tium.§.ait p̃tor.vſq; ibi,pactum aũt.Secun-
dò ponit deriuationem verbi,pactum,& ẽt
diffinitionẽ, vſq; ibi,conuentionis. Tertio
probat diffinitionem in quantũ ibi dr̃ in idem placitum,& cõ
ſenſus,vſq; ibi,adeo. Quartò ex ipſa probatione ĩfert ad vnũ,
vſq; ibi,ſed conuentionẽ.Quintò & vltimò ponit triplicem di
1 uiſionem.¶†No.ex prima parte,ꝙ dictio,hic,hæc,hoc,eſt de-
a monſtratiua ad oculum[a] intelſs non ſolum ad oculum corpo
ris, quia Iuriſconſultus ꝯmendat edictum cuius verba adhuc
non poſuerat,ſed erat poſiturus,vt in prin.gl.dic de hoc,vt l.j.
in prin.ff.de oper.no.nun.vbi glo.dicit,ꝙ qñ Iuriſconſultus,ita
facit,vr̃ prophetizare,tñ hoc non eſt verũ,qđ dic vt ibi ꝑ Bar.
not.¶In gl.j.ibi.i.naturali ingenio ex induſtria hominũ intro
ducta,qđ eſt ius gentium,& hoc eſt riare, ꝙ vbicũq; hoc ver-
bũ,ius naturale,refertur ad actus, ꝗ nõ pñt conuenire niſi ho-
2 minib.vt exponatur ius naturale.i.gentium.† Et aduerte quia
obſeruatio fidei fuit de iuregentium primitiuo,qđ fuit eoipſo,
ꝙ gentes eſſe cœperũt. Et ideo naturalis obligatio quæ oritur
ex illa ęqtate,vt fides ſeruetur,cadit in ſeruo,quia attento illo
tp̃e condõ ſeruorum non erat annihilata, quia non cognita,
vt ꝓbatur in c.ius naturale.prima diſtinctione, non aũt de iu-
regentium ſecundario, quo ſtatus ſeruorũ fuit annihilatus.ſ.
poſtq̃ gentes creuerunt,quo iure fuerunt inductæ ſeruitutes,&
bella,quia non tunc caderet naturalis obligatio in ſeruum,ſi-
cut nec dñium,qđ fuit introductum illo iure, qđ dic vt no.in
l.ſi id quod.ff.de condi.indebi.¶In glo.inter eos.ibi,parabolicè
loqtur.Tu dic contrariũ,ꝙ tex.loqtur de his q̃ hoĩes agunt in-
ter ſe,& in illis obſeruatio fidei eſt p̃ponenda oĩb.aliis. gl.vero
loqtur de religione,quam homo debet habere ad Deũ, & in
illa fatẽdum eſt,ꝙ p̃ponitur omnib.aliis per rationem gloſſę.

A D D I T I O.

a ¶Ad oculum.Adde tex.& ibi Bar.in l.nemo.ff.de hære.inſti.Bar.in l. Mæuius.ff.d
leg.2.& Bar.& Alex.in l.ſi ſtipulatus fuero.de verb.obl.Cur.

1 *Differẽtia quæ ſit inter iſta tria vocabula.ſ.pactionem,pactum, & pacem.*
2 *In pacto dicitur eſſe actus pacis,& concordiæ.*
3 *Tactus palmarum ſignificat pacem,& concordiam, & per quos actus re-
mittantur inimicitiæ.*
4 *Promiſſio,vel donatio facta abſenti,etiam in præſentia teſtium, vel etiam
ſi ſequatur ratiſicatio, non valet niſi notarius recipiat nomine abſentis.*
Quid in pacto, vel pace facta abſenti nullo pro eo recipiente.
5 *Pactum,ſeu mandatum de ſoluendo alteri,quando poſſit reuocari.*

1 §.Pactum autem à pactione. †Not.in
ſecunda
parte tria vocabula.ſ.pactionem,pactum, & pacem, & Iuriſc:
vr̃ velle,ꝙ pactio ſe habeat per prius, & pactum ꝑ poſterius a
pactione,& pax vlt.loco ab ipſo pacto, ſed ſm̃ deriuationem
grammaticæ,quã ponit Iſid.dẽt dici totum econuerſo, ſm̃ gl.
dic,ꝙ pactio ſignificat actum.i.pactum,prout eſt in fieri,pactũ
vero ſignificat effectum,prout eſt in facto eſſe, vt patet hic in
diffinitione pacti, & iõ quia actus paciſcendi p̃cendit effectũ,
ponitur hic pactio ꝑ prius, & pactũ tanquã effectus ꝑ poſte-
rius,qñ ex pactione reſultat pactũ,pax vero eſt pactum ſpãle,
qđ fit ſuꝑ diſcordia,& inimicitiis,& iõ prius ponitur pactũ tã
q̃ genus,& ſubiicit pax tanq̃ ſpecies, & hunc reſpectũ habuit
hic Iuriſconſultus,quẽ ẽt puto de mẽte gl.licet ꝑ alia verba lo
quat.Et dñs Io.de Lignano in prin.ſui tractatus de pace ponit
iſta verba exponendo iſtum tex.cum gl.licet alio reſpectu ver-
bum pax ſe habeat in plus,q̃ pactum,qñ pax dr̃ cõcordia ani
a morum,& poteſt eſſe circa omne pactum,vnde pax[a] poteſt di
ci ẽt vbi nulla fuit inimicitia inter illos,qui ita concordant,&
amicantur adinuicem,ſed eſt dare pacẽ conuentionalem, qñ
p̃cedit inimicitia, & hoc reſpectu ſe hẽt in minus, q̃ pactum,
2 & hoc mõ aſſumitur hic.iõ ponitur vlt.loco. ¶†Et no. hic in
gl.j.ꝙ in pacto dr̃ eſſe actus pacis,& concordiæ, iõ dicit Bald.
hic ſi dicit inſtr̃m,ꝙ talis fecit pactũ cum tali de iniuria ſibi il-
lata,licet non diceret pacẽ,cenſeretur remiſſa iniuria,& facta
pax,& prodeſſet illud inſtr̃m ad releuationem pœnæ, ſi ſtatu-
tum diceret, ꝙ habenti pacem diminuatur certa pars pœnæ.
3 ¶†No.ẽt gl.in fi.ꝙ tactus palmarum ſignificat pacem,& con-
b cordiã, ideo qs videretur remittere iniuriã ſi tangeret manũ[b]
inimico ſuo. Item ꝑ alios actus inimicitię cenſentur remiſſæ,
4 vt no.in l.ipſius.C.fa.erciſ.& Inſti.de iniur.§.fi.¶†No.ex tex.dũ
dicit duo.pro gl.q̃ eſt in l.illud.C.de ſacroſan.eccle. ꝙ ſi dicerẽ
in pñtia teſtium,ego dono, vel promitto Titio centum,ſi Ti-
tius non eſſet p̃ſens,nec aliqs,ꝗ pro eo reciperet,non valeret do
natio,vel promiſſio,q̃ requirunt conſenſum duorũ, & hic nõ
eſt niſi vnus,iõ cautela eſt,ꝙ notarius recipiat nomine abſen
tis,alias ẽt ſi abſens hoc ſciens poſtea ratificaret, non valeret,
qa careret fundamento. Et vr̃ hoc verum ẽt in pacto liberato
rio facto abſenti,nullo pro eo recipiente,de quo no.in l.idem
in duob.ff.eo.& plene ꝑ Barto.in l.non ſolum.§.ſi liberationis
verba.de libe.lega.hæc vera in pacto exp̃ſſo,ſed pactum tacitũ
bene poteſt fieri abſenti,ẽt nullo pro eo recipiente, vt C.eod.
tit.l.ij.& ibi no. Et ex prædictis patet an pax poſſit fieri abſenti
nullo pro eo recipiente.de quo vide ꝑ Bal.C.de libe.& eorum
libe.l.ij.& adde l.Labeo.cum ibi not.ff.de iureiuran. ¶Vltimò
gl.ꝗ incipit dandum,ponit opi.contrarias, pro quarũ concor-
dia dic,ꝙ ſi verbũ promiſſiuum refert ad alterum, ꝓcedit pri-
ma opi.ꝙ non dr̃ pactũ,vt ſi dicas mihi, ꝙ Titius promiſit Se-
io centũ,vel mihi,q̃ promiſſio dẽt aſſumere originẽ in ꝑſonã
loquentis,alias eſt inanis,vt l.ea q̃ ciuitr.ff.de acq.re.do.nec re-
conualeſceret,licet mea inciperet intereſſe, ꝙ ita fieret,qa defi-
cit in forma,vt no.in l.ſtipſo ita.§.ſi qs inſulã.de ver.obl.ſed ſi
verba ꝓmiſſiua conciperentur in ꝑſona noſtra, vt qa promit-
teres mihi,ꝙ Titius dabit mihi centũ,vel ꝙ tu dabis Titio,vel
ꝙ Titius dabit Seio,tunc non eſt pctũ in forma,ideo poteſt di
ci pactũ,ſed peccatur in materia, ſi mea non intereſt, alias ſe-
cus,& iõ primo caſu non oritur actio,ſcđo ſic,vt d.§.ſi qs inſu
lam.& ſi a prin.nõ intererat,& poſtea incipit mea intereſſe,in
cipit pactũ reaſſumere vires ad effectũ agẽdi, ſm̃ Guliel.đ Cu.
ꝓ quo allego gl.ord.ff.mand.l.ſi vero non remunerandi.§.ſi ti
bi mãdauero.et l.cũ ſeruus.§.ſi ſeruꝰ exte.ff.de libe.leg. vbi cõ-
ualeſcit mãdatũ,qa incepit poſtea intereſſe,& ẽt glo. q̃ eſt ff.de
ſeruitu.l.quoties.la j.& vide qđ no.Cy. C.eo.tit.l.pacto ſucceſ-
5 ſorũ.¶†itẽ illud qđ dicit gl.circa fi.ꝙ ſi paciſcor tecũ,ꝙ des Ti
tio centum,vel talem rẽ, & non potes ei ſoluere, non eſt pa-
ctum.Nã ſi debebas mihi illa centũ,vel illam rem, paciſcẽdo,
vel ſtipulando tecũ,ꝙ illã ſoluas Titio,videor mandare,ꝙ ſol
uas.vnde potes ſoluere, niſi reuocẽ mandatũ exp̃ſſe, vel taci-
tè,& liberaris,tex.eſt ſingularis in l.ſi cũ Cornelius.ff.de ſol.&
ibi vide per Bart.ſed ſi a principio, qñ te obligaſti promiſiſſes
dare mihi aut Titio, non poſſem poſtea te inuito reuocare
mãdatũ de ſoluendo Titio.l.aliud.& l.ſeq.ff.de ſol.quia tibi cõ
petit facultas ſoluẽdi ex natura cõtractꝰ primæui,nõ ſic qñ rõ-
ne mãdati poſtea ſubſecuti licet mediãte ꝯctu poſtea facto, vt
d.l.ſi cum Cornelius.ſicut ſi eſſet ſimplex mãdatũ de ſoluẽdo.

A D D I T I O N E S.

a ¶Pax de pace,& eius effectu,vide Lud.Ro.conſ.vlt. an autem per pacem intelli-
gantur remiſſa damna,vide per Alex.conſ.168.ij.lib. & an per pacem intelliga-
tur remiſſa qualitas aggrauans delictum,licet de illa non ſit facta mentio,vide ꝑ
Rom.conſ.349.contractus nominatus,Adde Alex.conſ.40.lib.4.
b ¶Tangeret manum.Adde gl.in c.j.de ſponſ.duo.& gl.in c. fundamenta.in verbo
dextera.de ele.in 6,quia per tactum manuum præſumitur dilectio,& adde, ꝙ ẽt
per oſculum remittitur iniuria.gl.in c.pacem.in verſ.probauerit.de conſe.diſt.iij.
item cenſetur remiſſa per ſalutationem,vt per Hoſt.in ca.olim. extra de iniuriis,
& dicit Bal.in l.filio quem pater.ff.de lib. & poſthu. ꝙ intellige procedere, niſi
iniuriatus reuocaſſet iniuriam ad animum, & lis ſuper ea fuerit conteſta. ita do
Ant.de But.& ibi Mo.di.in c.repellantur.de accuſ.Cur.

1 *Verbum conuentio,ꝙ in plus ſe habeat,quàm pactum,& quare.*
2 *Licet aliqui contractus contrahantur re,aliqui verbis, aliqui rei interuen-
tu,tamen in omnibus conſenſus requiritur in ſubſtantia.*
3 *Ex ſtipulatione,ꝙ oriatur naturalis obligatio,poſtquam ineſt conſenſus.*

1 §.Conuentionis verbum. ¶† Ex tertia
parte in §. cõ
uentionis.no.ꝙ hoc verbum conuẽtio,in plus ſe habet, q̃ ver
bum pactum,qa comprehendit conuentionẽ corporũ,& cõ-
uentionẽ animorũ, ſed pactũ aĩorum tm̃. Et iõ bñ probatur
hic diffinitio pacti, quia in iure pactũ dr̃, conſenſus pluriũ in
2 idem.¶†Item no.ꝙ licet aliq contractus contrahantur re, ali-
qui verbis, aliqui rei interuentu, nihilominus in omnib.re-
quiritur conſenſus in ſubſtantia, & niſi adſit deficit cõtractus

in ſubſtantia.Nam ideo dr̃ ſtipuło ꝯhi verbis, non ꝙ ſola ver-
ba ſufficiant,ſed ideo q̃a ſine verbis eſſe non poteſt.Item mu-
tuum,commodatum,& depoſitum non ideo dñr re ꝯhi, ꝙ ſo
la res ſufficiat,ſed q̃a ſine re non contrahuntur,tñ etiam cum
re conſenſus reqritur,facit l.ſi ego.ſi cer.pet. in contractib.ve-
ro,q ſolo ꝯſenſu ꝯhuntur,vt emptio,& venditio,locatio,& ꝯ-
3 ductio,ſolus cõſenſus ſufficit ſine verbis,vł re.¶†Item ex hoc
text.patet ex ſtipułone oriri naturalẽ obligationẽ, poſtq̃ ineſt
conſenſus,& eſt caſus in l.ſi fideiuſſor. ff. de condi.indebi.licet
qdam contrarium dixerint,ſed male,vt in glo.quæ incipit no.

1 *Diuiſio pactorum .*
2 *Pactorum quædam fiunt inter præſentes , quædam inter abſentes per nuncium,vel epiſtolam.*
3 *Pactorum quædam ſunt expreſſa,vel quædam tacita.*
4 *Dicta in tractatu,& in præfationib.intelliguntur repetita in his , quæ poſtea incontinenti aguntur.*
5 *Stipulatio,ꝙ ſit contractus nominatus,& quis effectus reſultet.*

1 §.Sed conuentionum ¶†In hac vlt.parte
no.triplicem diſtin
ctionem pactorum , quia quædam ſunt pacta hñtia ſpãle no-
men,de quib.ponit hic exemplum,& ff.eo.l.iuriſgentium.qdã
q̃ non hñt ſpeciale nomen, vt ſunt contractus innominati de
qb.ff.de p̃ſcrip.ver. ꝑ totum.& prima pacta, ſeu conuentiones
ſunt maioris efficaciæ,quia ꝓducunt actionem ſtatim,ꝙ fiũt,
alia pacta non niſi ſecuto implemento ex vna parte , & tunc
2 oritur actio implementi,non ei,qui non impleuit. ¶†Scđa di
uiſio eſt,ꝙ q̃dam fiunt inter p̃ñtes,quædam inter abſentes. Ad
uerte tñ tunc,ꝙ requiritur nuncius.vel epła, aliàs non contra-
heretur nullo pro illo recipiente,vt dixi in prin.l. & de hoc vi-
de bonã gl.in l.conſenſu.ff.de actio.& obl. Tertia diuiſio eſt,ꝙ
pactorum quædam ſunt expreſſa,q̃ fiunt conſenſu exp̃ſſo , vel
ſpecificato verbis,quædam tacita,q̃ fiunt conſenſu non ſpeci-
ficato,ſed q colligitur reb. ipſis , & factis . Et de hoc ponit pri-
mo vnum exemplũ ſi creditor reſtituat debitori ſuo inſtr̃m
debiti,nam videbitur ſibi facere pactum de non petendo,& re
mittere debitum,licet hoc non dixerit exp̃ſſe,non ſic qñ reſti-
tuit pignus,& hoc dr̃ in l.ſeq.cum ſeq. Item poſtea ĩ l.item q̃a.
ponit tria alia exempla.Primum de cõductione domus , quia
inuecta, & illata cenſentur tacite obligata pro penſione, licet
hoc non dixerit expreſſe.Item in tacita condõne , quia ſi fiat
promiſſio ex cã dotis , cenſetur ineſſe tacita conditio ſi matri-
monium contrahatur,licet non fuerit ſpecificata, & niſi con
trahatur,euaneſcit ſtipula.iõ ſi agatur ante contractum matri
4 monium,malè.i.nullr̃ agitur.¶† Tertium exemplum eſt de ta
cita repetitione,quia ea de qb.fuit actum in tractatu, vt appo-
ſita videantur in ſtipułonem , licet poſtea non fuerint exp̃ſſe
appoſita,tñ cenſentur tacitè repetita, vt ſi petiiſti a me cẽtum
mutuo promittendo ẽt vſuras , hoc actó tñ , ꝙ non poſſim te
aſtringere ad reſtituẽdum donec mihi ſoluas vſuras, ſi poſtea
confecimus inſtr̃m de mutuo,& de promiſſione de reſtituen-
do ſimpł̃r,& non fuit facta mentio de eo, qđ per prius fuit in-
ter nos tractatum,ſi tñ potes probare,non poſſum te compel-
lere,ꝑinde ac ſi illud pactum fuiſſet exp̃ſſe appoſitum,& ſic ta
citum hr̃ pro exp̃ſſo,& ad hoc allegatur iſte tex. & ẽt ꝙ dicta
in p̃fationib.tacite intelliguntur repetita.l.Titia.§. idem rñdit.
ff.de ver.obl.qđ eſt verum in his,q̃ poſtea incontinenti agunt̃,
ſecus ſi ex interuallo,vt l.ꝑ retẽtionẽ.cum ibi no.C. de vſur.&
his dieb.habui conſulere,& allegaui iſtum tex. cum in tracta-
tu emptor promiſerat reſtituere pro eodem p̃tio,& tñ in iſtr̃o
venditionis de hoc pacto nulla erat facta mentio , ꝙ nihilo-
a minus eo probato [a] tenetur reſtituere , caſus eſt hic in d.§.idẽ
5 rñdit.¶†In tex.ibi,[vel in ſtipułone] hic eſt caſus , ꝙ ſtipło eſt
contractus nominatus,& ad hoc allegatur iſte text. & hoc eſt
magni effectus,q̃a cõiter cũ de cõtractib.conficiant̃ inſtr̃a ſ̃m
voluntatẽ partiũ notarij in eis ſemꝑ apponunt ſtipułonem,ꝙ
partes ſibi inuicẽ ꝑ ſtipułonem oĩa ſupradicta ꝓmiſerunt ob-
ſeruare,vñ raro,vel nunq̃ poterit inueniri contractus innoĩa-
tus,q̃a licet de ſui natura eſſet innoĩatus trãſit tñ ĩ ſtipułonẽ,
q̃ eſt ꝯctus noĩatus,& ita not.Bart.in l.ij.in fi.C. de ꝯdi.ob cau.
& co.tit.in l.fi.& ex hoc ſeqtur ſi conuenimus de ꝑmutãdo li
brum tuũ cũ meo,tu ſcis, ꝙ ꝑmutatio de ſe eſt contractus in-
noĩatus ſi confectũ eſt inſtr̃m de hac cõuẽtione, poſſum age-
re ex ſtipułone,vt ĩpleas contractũ,poſito ẽt , ꝙ ex parte mea
non ĩpleuerim dũmodo offerã me impleturũ,vt l.Iul.§.offer-
ri.de act.empt.ſecus ſi nõ eẽt confectũ inſtr̃m, q̃a non ſuffice-
ret oblatio cũ poſſis pœnitere re ĩtegra,vt d.l.ij.de ꝯdi.ob cau.
& l.ſi pecuniã.ſed non ſic licet pœnitere in cõtractu ĩnoĩato,
vt no.in d.l.fi.iõ ſufficit oblatio , vbi aũt impleuiſſem tradẽdo
librũ meũ,tunc bene poſſem agere,ẽt inſtr̃o nõ confecto,nec
interueniẽte ſtipułone,vt ff.eo.l.iuriſgentium.§.j. & vide circa
hæc oĩno,qđ no.Cy.C.eo.tit.l.j.in vlt.col. & C.de tranſact.l.ſi-
ue apud acta.in quinta oppoſitione in additionib.q vult,ꝙ qñ
interuenit ſtipło ſuꝑ contractu ĩnoĩato,ſufficiat implere ea-
tenus,quatenus impleri poteſt,licet non poſſit ꝑfectè impleri
ad hoc,vt competat actio,ſed ſi non interueniret ſtipułо,non
poſſet agi ſi ꝑfectè non eſſet impletus , licet nec impleri poſſit
de ſui natura,vt ſi promiſit non petere, quia licet nõ petat ho
die,põt petere cras , vt d.l.j.cum ibi no.in gl.mag.circa finem.

ADDITIO.

a ¶Eo probato.Et ꝙ pactum de retrouendendo poſſit probari per teſtes. & etiam per coniecturas. Adde eundem Pau.de Caſt.in conſi.144.in nouis.inci. viſo proceſſu,& atteſtationib.& latiſſimè per Do.Alex.cõſi.122.per totũ in 2.vol.Curt.

LEX II.

1 *Epiſtola,vel nuncius tũc requiritur,quando inter abſentes contrahitur.*
2 *Ex particularibus nihil infertur.*
3 *Inſtrumentum reſtitutum ſi poſſet continere aliquam aliam vtilitatem,nõ videretur creditor feciſſe pactum de non petendo .*
4 *Si habeã duo inſtrumenta de eodem debito an reſtitutio vnius aliquid operetur.*
Si ſunt duo obligati inſolidum, & fieret reſtitutio vni , ꝙ cenſeatur factum pactum vtrique.
Pactum factum vni ex reis debendi,an proſit alii.
5 *Si penes debitorem reperitur inſtrumentum debiti cancellatum,vel non cãcellatum,ſed non apparet,ꝙ creditor ipſum ſibi tradiderit,an ſit fundata intentio debitoris aſſerentis ſe liberatum .*
6 *Quòd quicquid reperitur in ſcriptura quæ eſt pœnes me præſumatur factũ de voluntate mea,& quando procedat.*

1 LAbeo ait conuenire. †In l.Labeo.
ibi vbi re.i.ꝯ-
ſenſu,q colligitur reb.& factis,& ſic tãgitur hic ter-
tia diuiſio,& ad hoc ẽt tendit verſ. ſed ẽt tacite,vbi
Iuriſconſultus rediit ad id qđ dixit hic re,& ẽt ordinatè loqui-
tur prout gl.vult ſiẽ.ff.pro ſocio.l.iiij.in prin. vbi dicit ſocieta-
tem coiri re,& ẽt verbo.i.cõſenſu declarato re, vel verbis.¶In
text.ibi,inter abſentes. hic tangit ſecundã diuiſionẽ. & ad iſtũ
caſum referas,qđ ſ.dixit ꝑ epiſtolã,vel ꝑ nuncium tunc.n.req
ritur epiſtola,vel nuncius,qñ inter abſentes cõtrahitur,nec eſt
aliquis,q pro abſente recipiat:aliàs non diceretur contrahi in
ter abſentes.poteſt ẽt inter p̃ſentes celebrari contractus mediã
te epiſtola vt ff.de conſti.pecu.l.Titius. qđ dic,vt ibi per Barto.
2 †Vltimo no gl.q̃ incipit.non eſt bona rõ,ꝙ ex particularib.ni-
hil infertur,nam non ſeqtur Titius currit , Sẽpronius currit,&
ſic de aliis,ergo tu curris.Quia non ſit ar.a particularib.Sed be
ne ſequitur,oĩs homo currit,tu es homo , ergo tu curris,quia
es homo,& hoc voluit iſta gl.vnde ponit ꝙ illatio,quam facit
hic Iuriſcon.non ſit bona,non ſeqtur, conuentiones p̃ñt fieri
tacito conſenſu , ergo reſtituendo inſtr̃m debitori videor ſibi
3 feciſſe pactum de non petendo,ſed rñde vt in glo. ¶†Item no.
aliam gl.q̃ eſt in l.poſtq̃.ff.in ratione diuerſitatis quã facit inter
pignus,& inſtr̃m.ex qua ſeqtur,ꝙ ſi reſtitutio inſtr̃i poſſet con
tinere aliquã aliam vtilitatem , non videretur creditor feciſſe
pactum de non petẽdo,ſ̃m Guli.de Cun.vt ſi habeo inſtr̃m vẽ
ditionis in quo mihi es obligatus ad p̃tium, & q̃a mouetur ti-
bi lis ſuꝑ re vendita , vt poſſis te defendere,trado tibi inſtr̃m.nã
4 non videor remittere pretium ſ̃m eum . ¶†Item no.ſ̃m eun-
dem,ꝙ ſi haberem duo inſtr̃a de eodem debito , & reſtituam
vnum:adhuc haberet locum,qđ hic dr̃ ꝑ l.fi.ff.de his q̃ in teſta.
delen.qđ no.ibi tñ loquitur,qñ fieret cãcellatio.Item ſi eſſent
duo obligati inſolidum, & fieret reſtitutio vni , cenſeretur fa-
ctum pactum vtriq;.vel dic de hoc vt no.in l.ſi vnus. in prin.ſ.
5 eo.an pactum factum vni ex reis debendi proſit alij.¶†Not.ẽt
gl.quæ melius examinat vnum articulum, q̃ alibi ĩ aliqua par
te iuris,ſi penes debitorem reperitur inſtr̃m debiti cancellatũ,
vel non cancellatum,non tamen apparet,ꝙ creditor ipſum ſi
bi tradiderit vtrum ſit fundata intentio debitoris aſſerentis ſe
a liberatum.[a] in quo videtur hic , ꝙ ſi dicit ſe liberatum pacto,
nõ eſt fundata,q̃a iſte tex.requirit,ꝙ creditor tradiderat , & in
hoc habet fundare ſuam intentionem . ſi.n.dicat ſibi traditũ,
& per hoc fuiſſe tacitum pactum voce , habet probare id qđ
aſſerit vt l.iij.de probat.ſed ſi aſſerit ſe liberatum ſolutione,vł
etiam pacto expreſſo, & ad probationem huius inducat hanc
præſumptionem,ꝙ penes eum reperitur inſtr̃m, & nõ eſt veri
ſimile ſi eſſet obligatus,ꝙ hoc eſſet , tunc diſtingue tres caſus.
nam aut eſt p̃ſumptio contra debitorẽ, quia erat perſona do-
meſtica,& potuit ſubtraxiſſe , & tunc non eſt fundata eius in-
tentio.ar.l.j.C.de lati.li.tol.quam allegat glo. Aut eſt præſum-
ptio pro eo,quia non eſt perſona domeſtica, & homo fide di-
gnus,& longo tp̃e habuit penes ſe inſtr̃m, quod quantum ſit,
relinquitur iudicis arbitrio : & tũc ex his reſultat præſumptio
pro eo.vt no.in Spe.de inſtr.edic.§.poſtquam . ante fi. & ibi vi-
de Io. And. in addi. aut ſumus in caſu dubio , & tunc videtur
tenenda iſta glo.ꝙ non ſit eius intentio fundata : ſi autem pe-
nes ipſum creditorem reperiatur inſtr̃m cancellatum , indi-
ſtinctè

ADDITIO.

a ¶Liberatum.An inſtrumentum debiti repertum penes debitorem faciat,vt præſumatur liberatus,vide per Ro.conſi.446.& hoc vide latiſſimè per Dom.Alex. vltra hic dicta per eum in conſi.59.col.pe.& fi.2.vol.

ſtinctè videtur præſumendum, ꝙ de ſui voluntate fuerit can-
cellatum per ea quæ no. Bal. C. de fide inſtru. ſuper rub. in xij.
6 col. & in l. ſi vnus. C. de teſt. qui dicit† ꝙ quicquid reperitur in
ſcriptura quæ eſt penes me, præſumitur factum de voluntate
mea, quod no. Si tñ debitor eſſet perſona domeſtica, & q̄ con-
ſueuiſſet inſtr̄a mea tractare, tunc præſumptio eſſet, ꝙ ſine vo
luntate mea hoc feciſſet. & ita vr̄ eſſe de mente Guli. de Cu.
hic. & vide Dy. in l. ſi de poſſeſſione. C. de proba.

LEX IIII.

1 *Quatuor requiſita vt inuecta, & illata per cōductorē ſint tacitè obligata.*
2 *Qualiter bona etiam immobilia minoris recipientis dotē tacitè obligentur,*
licèt non interuenerit decretum iudicis cum tantū in expreſſa obligatio-
ne requiratur.
3 *Mutus poteſt paciſci tam tacitè, quàm expreſſè non verbis, ſed ſignis.*
Mutus non poteſt iurare.
Qualiter concipiatur inſtrumentum de contractu celebrato p mutū. remiſ.
4 *Promiſſio facta pro dote nomine dotis habet in ſe tacitam conditionem ſi*
matrimonium contrahatur.
Quid ſi fieret legatum a tertio pro dote.
5 *Ante conditionis euentum nullo modo poteſt agi.*
Quid ſi maritus habet inſtrumentum quod ex forma ſtatuti habet execu-
tionem paratam, & contra quod nulla exceptio poteſt opponi, & matri
monium non fuit ſecutum.
6 *Poteſt fieri pactum vt creditor non petat ſortem quouſque debitor ſoluat*
vſuras.
Si actum ſit quòd ſors nunquam petatur, an illud quod pro ea ſoluitur an
nuatim ſit vſura.
7 *Creditor quando paciſcitur vt non poſſit agere vſque ad tēpus certum, vel*
incertum, interim contra ipſum non curret præſcriptio.
An tunc currant vſuræ dicto tempore, ſi de vſuris nihil fuerit dictum.
8 *Quid ſi agitur quòd debitor non poſſit ſoluere niſi ad beneplacitum credito*
ris, quòd tale pactum non valet.
9 *Si debitor denegat reſtituere, offerens ſe paratum ſemper ſoluere vſuras*
an tunc poſſit conſtringi ad ſoluendum ſortem.

ITem quia conuentiones.
Ex l. item quia. no. tres caſus. primus de tacita cōuē
tione. ſecundus de tacita conditione. tertius de taci
1 ta repetitione. ¶†Circa primū no. ꝙ quatuor reqrunt̄ ad hoc,
a vt inuecta, [a] & illata per cōductorē ſint tacite obligata, quib.
concurrentib. non ſolū pro penſione, ſed etiam pro deteriora
tione rei conductę obligata ſunt, vt l. 2. ȷ̃. in quib. cau. pig. ta. ꝯ.
Primū ꝙ ſit conductū p̄dium vrbanū. & dr̄ vrbanū nō ſolū il-
lud qđ habitat̄ per hoīes, ſed ēt ſtabulū, vel horreū in quib. re
tinent̄ aīalia, vel frumenta, vt l. 3. & 4. eo. tit. in ruſtico aūt dic,
vt l. certi iuris. C. loc. Scđo requirit̄, ꝙ res ſit ipſius cōductoris.
Tertio vt inferant̄, vt ibi perpetuo ſint quouſq; durat locatio.
Quarto requirit̄, ꝙ cōductor ſit perſona q̄ poſſit expreſsè obli
gare. aliàs non poſſet plus operari tacita obl̄o, q̄ expreſſa, vt
l. qui ad certū. ȷ̃. loc. & iſta colligunt̄ ex glo. vnde tenet gl. ꝙ ſi
pupillus conduxit domum cum authoritate tutoris, & poſtea
intulit res ſine illius authoritate, quòd illæ non ſunt tacite
te obligatæ, & iſtā gl. tenet Bart. indiſtinctè. in ꝯriū vr̄ alia gl. in
2 l. ſi. C. de legi. tu. ꝙ† ſi minor recipit dotem, bona eius ēt immo
bilia tacite obligantur per l. licet non interuenerit decretū iu
dicis, cū tñ in expreſſa obligatione requiratur vt in toto tit.
de reb. eo. quia tacita obl̄o inducit̄ per l. unde non indiget de-
creto iudicis, ſi expreſſa ſit p hoīem. Guli. de Cu. ſaluat vtrāq;
gl. quia iſta loquitur, qñ ad obl̄onem tacitam inducendā req-
ritur factum ipſius minoris, puta inuectio vel illatio, quib. me
diantib. lex obligat, ideo hoc caſu, qa minor eſt lex non obli
gat. Contraria vero glo. qñ nullum factum requirit̄ circa res q̄
tacite ueniunt obligandæ. qm̄ eoipſo ꝙ minor recipit dotem
bona ſua tacite obligantur ſine aliquo facto ſuo interuenien
te ſuper illis bonis. Bart. reprehendit hanc diſtinctionem in l. ſi
cōſtāte. §. ſo. ma. per l. lex q̄ tutores. ȷ̃. de admi. tu. & per l. p̄dia.
C. de mino. in quib. hr̄ ꝙ minor non pōt conſtituere dotem,
vel donationē pp nup. in reb. ſuis ſine decreto iudicis. iſta iura
nihil faciunt pro Bar. ſm Ang. hic, quia ibi loquitur in tranſ-
latione dñij: nos loquimur in tacita obl̄one. Itē loquuntur qñ
principlr̄ minor diſponeret ſuper reb. ſuis: nos loquimur qñ
acceſſorie lex diſponit. vnde Odof. tenuit ēt ꝯ iſtā gl ꝙ ex quo
ꝯctus cōdōnis fuit cū authoritate tutoris celebratus, ſuccedit
diſpō legalis in reb. ſuis inuectis, & illatis, qui nō dr̄ lædi cum
b vtatur iure cōi, & iſta eſt ſatis æqua [b] opi. licet Ang. teneat di-
3 ſtinctionem Guli. ¶†No. ēt ꝙ mutus pōt paciſci tam tacite, q̄
ēt expreſſe non verbis, ſed ſignis, ſm gl. quā no. nam exp̄ſſum
dr̄ ſi interuenerunt verba ab vna parte, licet ab alia non, ſed
ſigna. hoc uult iſta gl. quam perpetuo tene menti. non ſic pōt
mutus iurare, quia in iur̄o requirunt̄ verba, vt no. Gul. de Cu.
& Bart. in l. qui iuraſſe. ȷ̃. de iureiu. & vide circa hunc articulū
de muto, qđ no. Bar. in l. mutum. ȷ̃. de acq. hær. qualiter conci-
piat̄ inſtr̄m de actu celebrato per mutū. in l. j. in fi. ȷ̃. de ver. ob.
4 ¶†Ex ſcđo dicto in ver. huius rei. no. ꝙ promiſſio facta p dote
noīe dotis, hēt in ſe tacitā condōnem ſi matrimoniū ꝯhatur.
qđ intellige, ſiue ſit facta ab ipſa muliere p̄ſente, ſiue ab alio
p ea vt ȷ̃. de iure do. l. tali facta ſtipl̄one. & l. talem ſtipl̄onem.
quia non p̄ſumitur tertius velle donare mulieri, niſi matrimo
nium ſequatur. & eo non ſecuto, poteſt ipſe repetere ſi dediſ-
ſet, vt l. ſi ego. eo. tit. ſi fieret aūt legatum a tertio pro dote, an
habeat in ſe conditionē, dic vt l. Titio cētum. §. Titio genero.
5 ȷ̃. de cond. & demon. verſ. ſed cū ante nup. ¶†Item no. ꝙ ante
conditionis euentum nullo mō pōt agi vt hic in tex. & in gl.
q̄ exponit male petit̄, ideſt nullo mō petitur: ad hoc. ȷ̃. de ædil.
edic. l. bouē. §. ſub conditione. Sed quid ſi maritus hēt inſtr̄m,
qđ ex forma ſtatuti hēt executionē paratā, & ꝯ qđ nulla exce
ptio pōt opponi? dicit Ang. hic fuiſſe determinatū per iſtum
tex. cū ſim. quod nihilominus poterit opponi hęc exceptio, ꝙ
matrimoniū non fuit ſecutū, ſicut ſi iſta condō fuiſſet ſpecifi-
cata in inſtr̄o. quia quod tacite agitur inter partes hr̄ pro ſpe-
cificato, ut in fi. iſti⁹ l. ꝯſtat aūt ꝙ talia inſtr̄a, ad hoc ut poſſint
c executioni mandari, debent eſſe liquida. [c] ar. in l. ſi. C. depoſi. &
ſi ſunt conditionalia non dicuntur liquida niſi liquidentur ex
6 conditionis euentu. ¶†Ex vlt. caſu no. ꝙ pōt fieri pactum, vt
creditor non petat ſortem quouſque debitor ſoluat vſuras, ſi
ergo ſemper ſolueret, nunq̄ poſſet peti: nihilominus id quod
ſoluitur eſt uſura, ut hic patet, vnde audiui Bal. allegare iſtum
tex. ꝙ licet actum ſit, ꝙ ſors nunquam petatur: hoc non facit
pp̄a, ꝙ illud quod recipitur annuatim non ſit vſura. vt ſi aliqs
poneret penes montem vel monaſterium, & ſic nunquam
poſſet repetere capitale, poſſet tñ ipſum vendere. & iſto cōtra-
ctu multum vtuntur mulieres viduæ Florentinæ, quia tradūt
qđ habent alicui monaſterio cum hoc, ꝙ debeāt ipſas perpe-
tuò gubernare, & poſt earum mortem illa pecunia remaneat
d apud monaſteriū, an ſit uſura? [d] cōiter dicimus ꝙ ſi erat p̄ſum
ptio, ut deberet tñ uiuere, ꝙ alimenta aſcenderent ad ſortē,
uel ultra, tūc ſit uſura, aliàs non. ar. C. de uſur. l. ſi ea pactione.
7 quod no. Inno. in c. in ciuitate. extra. de uſur. ¶†Sed quæro qñ
creditor paciſcitur, ut non poſſit agere uſq; ad certum tp̄s, uel
incertum, an interim ꝯ ipſum currat p̄ſcriptio? dic ꝙ non, cū
impediatur agere de iure pp pactum de hoc per Cy. in l. quo-
ties. C. de p̄ci. impe. offe. Item an tunc currant uſurę dicto tp̄e
ſi de uſuris nihil fuit dictum? rñde aut ueniebant ex mora, &
non currunt, ut l. lecta. uer. ſed cum ſortis. ȷ̃. ſi cer. pet. aut non
ex mora, ſed rōne ſtipl̄onis iuxta id qđ hr̄ in fine illius l. lecta.
& tunc currunt. l. non ſolum. la 2. §. j. in tex. & gl. ȷ̃. de liber. leg.
8 ¶†Vlt. quæro quid econuerſo ſi agitur inter creditorem, & de
e bitorem. ꝙ debitor non poſſit ſoluere niſi ad beneplacitum [e]
creditoris? iſtum caſum habui de facto iſtis dieb. quia quidam
mutauit certam quantitatem frumenti, & in inſtr̄o contine-
batur, ꝙ non poſſet ipſum reſtituere, niſi ad beneplacitū mu-
tuantis, debitor uolebat ſe exonerare, & non habere ſemper
cuſtodire: conſului ꝙ hoc pactum non ualebat, quia contra
publicam utilitatem quæ ſuadet, ut unuſquiſq; ab hac ſeruitu
te debiti poſſit ſe liberare, & allegaui gl. or. quæ ur̄ hoc decide
9 re in l. fin. C. de pac. pig. †Quid aūt ſi debitor denegat reſtituere
offerens ſe paratum ſemper ſoluere uſuras, an poſſit conſtrin
gi ad ſoluendum ſortem hoc non obſtante? habes tex. C. de
iur. do. l. ſi. in fi. ꝙ ſic, ſequitur l. conuentionum.

ADDITIONES.

a ¶Inuecta. Sed an idem ſit in ſecundo conductore, vt eius bona ſint tacitè hypo-
thecata? do. Ro. ſing. ſuis dicit ꝙ non, per l. ſi in §. colonus. ȷ̃. loca. & an idem ſit
cum locatio non eſt in pecunia, vide per eundem ſingu. ſuis. fol. 6. ſequitur opi.
quòd idem ſit.

b ¶Satis æqua. Adde Io. An. in addi. Spe. in tit. de do. inter vir. & vxo. §. ſi. verſi. quid
ſi mulier. Bal. Ang. & ibi Alex. de Imo. in l. ſi conſtante. in princ. infra ſol. matr. &
Bal. in l. vnica. §. ſed vt plenius. C. de rei vxo. act. & in l. ſi. C. de leg. tute. & ibi di-
cit hanc eſſe communem ſententiam. Cur.

c ¶Liquida. Adde de hoc, & ibi habes practicam liquidandi per Alex. de Imo. con
ſil. 25. & in conſi. 91. in 2. vol. & in conſi 90. col. pe. in 3. vol. & per eundem Ale.
in conſi. 119. in 1. vol. & in conſi. 136. col. 2. vel præterea. 5. vol. Cur.

d ¶Vſura. De hoc habetur per eundem Pau. conſi. 286. in nouiſ. per Fed. conſ. 303.
per Anch. conſi. 29. per Ro. conſi. 434. Alb. de Roſ. in l. iubemus. la grande. C. de
ſacr. eccl. Bal. & eundem Pau. de Caſt. in l. de fideic. C. de tranſa. Cu. & Fulg. con-
ſuluerunt in eorum conſil. quod inc. caſus proponitur talis. quod cōe. Fran. Cur.

e ¶Ad beneplacitum. Adde ꝙ habes hoc conſi. in nouis conſi. 145. incip. pactum
iſtud quòd non liceat. Cur.

LEX V.

1 *Quotuplex ſit conuentio, declarat.*
2 *Qui confirmat non diſponit nec dat, ſed datum roborat.*
3 *Pax an poſſit dici niſi inter vnam remp. & alteram.*
4 *Pupillus vel minor ſine tutore vel curatore, an poſſint facere pacem de*
morte patris? & quòd faciendo non videantur hæreditatem adire, ſicut
nec faciendo vindictam.
5 *Treugua non dicitur propriè pax, quia fit ad tempus, & pax in perpetuū.*
6 *Treugua vel pax non poſſunt fieri a capitaneis modernis ſine voluntate il*
lorum quorum nomine gerunt.
7 *Qui gerunt bellum proprio nomine, vt aliquando communitas, vel domi*
nus cum faciunt pacem, poſſunt facere remiſſionem de damnis, & iniu
riis datis ſuis ſubditis etiam ſine conſenſu ſubditorum.

Conuen-

1 COnuentionũ aũt. ¶†No hic de tri-
plici cõuentione,
qa q̃dã eſt publica,& de hac hr̃ in iſta l.ſi.in fi.q̃dã
priuata de iure ciuili q̃ dr̃ legitima, & de hac in l.
ſeq.q̃dã priuata de iuregentiũ, & de hac in l.iuriſgentiũ. ¶In
tex.ibi [aut legitima aut iuriſgentiũ:]ex hac alternatiua q̃ po-
nit̃ inter diuerſa dat̃ intelligi, ꝙ illa conuentio q̃ eſt legitima
de iure ciuili, nõ, ſit de iuregẽtiũ cũ ponat̃ tanq̃ ſpecies diuer-
ſa,& eſt verũ in ſe. nã regl'r oẽs conuentiones, & ꝯctus de iu-
regentiũ ſunt:fallit in quibuſdam quę ſunt de iure ciuili.addo
ꝙ ſunt iuriſgentiũ,vt hr̃ in l.ex hoc iure. in fi.cum gl. ſ̃.de iuſt.
& iur.& q̃ ſint illæ numerant̃ ibi in gl.& ẽt in l.ſeq. in prin.glo.
mag.& iſtud eſt qđ facit dubiũ in l.ſeq. & ſic ſi legitima cõuen
tio non eſt de iuregentiũ,ſed ciuili,cur dicit tex. in d.l.ſeq.q̃ ꝓ-
ſequitur iſtã ſpeciẽ, ꝙ ltĩma cõuentio eſt q̃ lege aliqua cõfir-
3 mat̃:†quia qui cõfirmat non diſponit,nec dat, ſed datũ robo-
rat,vt l.& qa.ſ̃.de iuriſd.om.iud.& ſic innuit ille tex.in ver.cõ-
firmat̃.ꝙ legitima cõuentio fuit introducta de iuregentium,
ſed p l.confirmat̃.qđ eſt ꝯ iſtũ tex.qui vult,ꝙ non ſit de iuregẽ
tiũ introducta,vt differat ab illa q̃ ẽ iuriſgẽtiũ.Sol.fateor hoc,
& qđ ibi dr̃ confirmat̃,expone.ſ.eo ipſo ꝙ p legẽ inducit̃.& ſic
iſta non eſt propriè confirmatio. Nã & eps cùm confert bñfi-
cium,talis collatio hẽt vim electionis,& confirmationis,vt di
cunt canoniſtæ; ita inductio,& confirmatio q̃ fit p ius ciuile,
3 eſt de illis cõuentionib. ¶†Vlt.no. in fi. qa hic vr̃ caſus, ꝙ pax
non poſſit dici,niſi inter vnam rẽpublicã & alterã, cũ fiat ſup
ꝑterita,qa pax publica conuentio,& tñ videmus ꝯrium fieri,
qa fit inter priuatos.Dic ergo ꝙ hic exẽplificat publicã cõuẽ-
tionẽ,quia ſit interdũ p pacẽ, non aũt intendit reſtringere ſi-
4 gnificatũ pacis,qn ẽt habeat locũ inter priuatos. & an†pupil
lus,vel minor ſine tutore, vel curatore poſſint facere pacẽ de
morte patris?vide in Spec.de homi. §.j.in verſ.illud.& an faciẽ
do videant̃ hæreditatẽ adire?dic ꝙ nõ, ſicut nec faciendo vin-
dictã,vt j̃.de ſepul.vio.l.quæſitũ.& l. ſepulchri violati actio.in
5 prin.¶†Vltimo hic vr̃ tex.cũ gl.quã refert Io.An. in add.Spec.
ĩ tit.de treugua & pace,an treugua dicat̃ pax,& determinat ꝙ
ſic: de primo vr̃ hic tex.cũ gl.qa tex. loquit̃ hic de pace. & gl.
a exẽplificat in treuguis,& induciis.verũtñ non placet[a] de ꝓpria
virtute verborũ, quia pax eſt illa q̃ fit vt perpetuò ſit,treugua
verò ad tp̃s.iõ qui haberet treuguã cũ inimicis, non gauderet
7 bñficio ſtatuti loquentis de hñte pacẽ, vt diminuat̃ pena. †Et
ita ſentit Ang. hic ꝙ bellũ & pax nõ põt fieri p duces, niſi ha-
beãt liberã adminiſtrationem,vt eſt Impator. ita dẽt intelligi
tex.ſed treugua ſic ẜm Bar. qui dicit capitaneũ guerrę poſſe fa
cere treuguas p iſtã gl.cũ tex. vel dic melius. ẜm Ang.ꝙ iſti ca-
pitanei belli moderni cũ gerãt bellũ alieno noĩe,nec pacẽ,nec
treuguã facer̃ pñt ſine volũtate illorũ quorũ noĩe gerũt, ſicut
nec ꝓcurator ꝯſtitutus ad litigãdũ,vl' ſolutionẽ recipiẽdã poſ-
ſet trãſigere,vel terminũ facere ſine ſpãli mãdato,vt l.mãdato
gñali.j̃.d ꝓc.& l.q Romæ.§.Callimach⁹.de ver.ob.ſec⁹ ĩ ducib.
belli gerẽtib⁹ bellũ ꝓprio noĩe,vt Impator,Rex, vel Princeps
& de illis dẽt intelligi iſte tex.& ſi aliqua cõitas faceret guerrã,
7 ipſa cõitas diceret̃ dux belli quãtũ ad hoc.†Vlt.ſcias ꝙ illi,q ge
rũt bellũ ꝓprio noĩe,vt aliqñ cõitas,vl' dñs cũ faciũt pacẽ pñt
b facere remiſſionẽ de dãnis,& iniuriis datis ſuis ſubditis[b] ẽt ſine
cõſenſu ſubditorũ,ẜm Inn.q ita no.elegãter ĩ c.in nr̃a.j̃.de ĩiu.
& damno dato.licet alia iura ipſorum auferre nõ pñt rl'r,vt l.
quoties.j̃.de pollici.cũ ibi no.& l.Antiochẽſiũ.j̃. de priu.cred.

ADDITIONES.

a ¶Non placet.facit quod voluit Bal.in tit.de pace Conſtan.c.j §.vaſalli. vbi dicit,
ꝙ ſicut non accedens ad ſoluendũ pp guerrã excuſatur, ita pp treuguã: refert
ꝙ ſingulariter dicit Ro.ſing.ſuis ſo.8. & vide p Cal.de treugua,& pa. multa ibi,
b ¶Suis ſubditis. Adde vt per Signo.conſi.132. & multa de pace facta inter priua-
tos,vide per eundem conſi.70.

LEX VI.

2 *Qualiter lex poſſit facere, vt pactum de ſui natura nudum, & non aptum*
actionem producere,tamen producat:& ſi ſiat ad eam tollendam,licèt
de ſui natura non poßit eam tollere, elidere tamen poſſit, & poſſit lex
facere,quòd eam tollat ipſo iure.
3 *Conuentio quando de ſui natura eſt nuda, ſed per legem coadiuuatur, &*
parit actionem,quòd adhuc poſſit dici legitima,licèt non fuerit a l.inuen
ta,& qualiter dupliciter dicatur legitima,& nu.1.
4 *Cõuentiones a iure ciuili inductę ſemper, & indiſtinctè producũt actionẽ.*
5 *Per pactum de non petendo, quandò tollatur actio ipſo iure.*
6 *Pactum de ſui natura nudum qualiter iuuetur lege ciuili, vt pariat actio-*
nem ſi ſiat ad agendum.
7 *Qualiter iuuetur l.prætoria.*
8 *Qualiter iuuetur ſenatuſconſulto.*
9 *Qualiter iuuetur, vt tollatur actio ipſo iure per legem ciuilem, & quali-*
ter iuuetur per l.prætoriam,& qualiter ſenatuſconſulto.
10 *Creditor ſi liberauit mulierem, vel filiumfam.per pactum à fideiuſſione,*
vel mutuo, quòd ipſo iure liberentur ab omni obligatione, & quòd etiã
tollatur actio ipſo iure, quæ ante pactum non erat, cùm pactum iſtud
ſuccedat cum diſpoſitione ſenatuſconſulti.

1 LEgitima conuentio. †Lex iſta tria
continet, ſ.di
ctũ,illationẽ,& illationis declarationẽ. ſcđa ibi,&
ideo. tertia ibi, quoties. & ꝓſeqtur hic ſcđm mẽ-
bru,de quo in l.p̃cedenti.de cõuen. ẜuata & ltĩma. ideſt de iu-
re ciuili nõ de iuregẽtiũ: nã illã dr̃ ltĩma, q̃ à lege inuenta,vel
inducta eſt.id eſt a iure poſitiuo, nõ à iuregẽtiũ. Et ita loqtur
dictũ, qđ exẽplificat̃ p gl.in quatuor obligationib. inuentis à
iure poſitiuo,cũ rl'r cõuẽtiones oẽs fuerint inuentæ a iuregen
tiũ.& dũ tex.dicit cõfirmat̃,dẽt exponi,ſ.eo ipſo,ꝙ p legẽ indu
cit̃,p id qđ dixi in l.p̃cedẽti.ex quo ſequit̃,ꝙ cũ lex ſit ſufficiẽs
ad inducẽdũ de nouo aliquã cõuẽtionẽ,& ad dãdũ ſibi robur,
& effectũ vt actionẽ pariat, ſitr multo magis ſufficiẽs eſt dare
robur illi cõuẽtioni inuẽtæ a iuregẽtiũ, q̃ tñ de ſe nec hr̃et ro
2 bur,nec effectũ pariẽdi actionẽ, qa eſſet cõuentio nuda. †Nã
põt facere lex vt pactũ de ſui nã nudũ,& non aptũ actionem
ꝓducere nihilominus ꝓducat ſi fiat ad ꝓducẽdũ. & ſi fiat ad
actionẽ tollendã,licet de ſui nã nõ poſſit eã tollere, elidere tñ
põt,qa eſt nudum,vt l.ſi vnus.§.pactus.j̃. e. & põt facere lex ꝙ
a eã tollat ipſo iure.Hoc aũt cõtingit,qñ tale pactũ licet nudũ[a]
lege aliqua ciuili,vel p̃toria,vel ſenatuſcõſulto roborat̃,& ad
iuuat̃.h.d.iſta l.ſubtilis.Et ſic illatio q̃ ponit̃ in verſi. & iõ gñalior
ẽ q̃ ſit primũ dictũ l. qa primũ dictũ reſtringit̃ ad illas tñ
cõuentiones,q̃ fuerunt p legẽ, ſeu ius poſitiuũ inuentæ q̃ sũt
paucæ.ſed illatio non ſolũ illas cõprehendit,immo ẽt inuẽtas
de iuregẽtiũ ſine tñ efficacia:qa de ſui natura sũt nudæ.& hoc
vult gl.mag. poſt prin. ibi, dũ dicit.nã hic gñalius ꝓcedit q̃ h⁹
l.principiũ.& iſte eſt vnus intellectus ad iſtã illationẽ. Alius ẽ,
ꝙ loquat̃ de inuentis a iuregentiũ cũ robore, & cũ effectu vt
ſunt cõuẽtiones veſtitæ.& hũc intellm ponit gl. ĩ ver. vel ſi vis
intelligere añ finẽ. & iſtũ intellm iõ gl. poſuit pp difficultatẽ
in recipiendo exẽpla circa p̃cedentẽ intellm qualr cõuẽtio de
ſui natura nuda, & nõ apta ad pariẽdũ actionem,vl' ad ipſam
tollẽdã ipſo iure p approbationẽ,& coadiuuationẽ legis,vl' ſe
natuſcõſulti poſſit eã parere,vl' ipſo iure tollere. ſuper quo gl.
multũ laborauit,& plura exẽpla poſuit, quorũ q̃dã ſunt bo-
na,q̃dã nõ,& q̃dã licet bona tñ inepte a gl.poſita ſunt.iõ odio
exẽplorũ.gl.ponit ẜm intellm, q tñ nõ placet pp dictionẽ in-
terdũ,q̃ ſignat,ꝙ rl'r nõ naſcebat̃ actio. ſed ſi loqueretur de ue-
ſtitis ẜm propriã lecturã, daret̃ actio licet aliqñ non,vt etiã gl.
dicit. & ſic illa dictio interdũ nõ bñ ſtaret,ẽt qa de veſtitis lo-
quit̃ l. ſequens.vñ nõ eſt credendũ,ꝙ Iuriſc.de illis ſenſerit hic.
3 tene ergo p̃cedentẽ. & illo caſu: †qñ cõuẽtio de ſui natura eſt
nuda,ſed p l.coadiuuat̃,& parit actionẽ,adhuc põt dici ltĩma,
licet non fuerit a lege inuenta, & iſta eſt intentio iſtius l.& ſic
duplr dr̃ ltĩma.ſ.inuenta a iure poſitiuo,nõ a iuregentiũ & de
iſta loquitur principiũ.Itẽ inuẽta a iuregẽtiũ,ſed ſine effectu,
& corroborata a iure poſitiuo dante ſibi effectũ, & in his con
ſiſtit intellectus iſtius l.difficilis.¶In tex.ibi,& iõ proſequere,vt
4 ſcriptũ patet p ordinem ſ̃. ¶†In tex.ibi[& iõ interdũ] pp hãc
dictionem gl.vult ꝙ iſta illatio ſit gñalior q̃ pricipiũ legis, qa
principiũ loquit̃ de conuentionib.a iure ciuili inductis, vñ in
illis non poſſet ſaluari hæc dictio interdũ,q̃ ſignat,ꝙ aliqñ na
ſcitur actio,aliqñ nõ.Nam ex illo ſemper, & indiſtinctè naſci-
tur,qa ius ciuile non induceret conuentionẽ inutilẽ. ¶In tex.
ibi [ex pacto].ſ.de ſui natura nudo, vt qa nõ cadit ĩ ꝯctu noĩa
to.tñ qa coadiuuat̃ l. dr̃ ueſtitũ legis auxilio p̃ter ſui naturam.
5 ¶†In tex.ibi[actio].ſ.qñ fit ad agẽdũ, & qđ ſubiicit̃ vel tollit̃.
ſunt ſublatæ, quæ erant aucupationes verborum. vt C. de for-
mulis. per totum. & tunc iudicia dicebãtur ſolẽnia, & actio di
recta dicebat̃, hodie ſublatis formulis, actio magis dici p̃t vti-
lis, & iudicia extraordinaria. Vnde quæritur hic, an ſit dr̃ia in-
ter actionem, quæ olim proponebatur cũ formulis, & illam,
quæ hodie proponitur ſine formulis? & dr̃ ꝙ non; ſm primã
lect. gl. ſm quam nõ habet ꝯrium, nec dubitationẽ: quia illa
eadem actio, quæ olim proponebatur, hodie proponit̃, licet
2 non eodem modo. † Solu. ſed præmitte, ꝙ actio directa nego-
ciorum geſtorũ datur voluntario geſtori, & ꝯ̃ eum. ſed neceſ-
ſario, vt curatori, non datur directa, ſed vtilis: quia edictũ præ
toris, & eius verba loquuntur de voluntario. Vnde quæritur,
an ſit directa, q̃ datur ex verbis legis & vtilis quæ ſm gl. datur
ex mẽte? & dr̃ hic ꝙ non: & ſic ſunt eiuſdẽ vtilitatis, & tñ qs
cõſequitur per vnã, quãtum per alterã. ¶ In hoc quod glo. di-
cit vtilem dari ex mente legis, licet non ex verbis. Vltramon-
tani reprehendunt dicẽtes, ꝙ ex mente legis ita datur directa,
ſicut ex verbis, & mẽte. vt l. j. vti poſſ. C. & ff. nam edictum præ
toris loquitur ibi de ædib. & tñ, quia eſt eadem rõ in aliis præ-
diis, & ſic adeſt mẽs, licèt non verba, datur directũ interdictũ.
3 † tunc ergo datur vtilis actio, vel vtile interdictum, qñ nõ ad-
ſunt verba, nec ẽt mens, ſed adeſt interpretatio legalis exten
dens legẽ de caſu ad caſum, quia præſumit legislatorẽ ſic vo-
luiſſe, ſi de hoc cogitaſſet, ſicut videmus in tacita pupillari cõ
prehenſa in expreſſa vulgari, & ecõuerſo. l. iam hoc iure. ĩ. de
vulg. & pup. nam eſt vere interpretatiua: quia nec venit ex ver
bis, nec ex mente: ſed ex interpretatione iuriſconſultorũ, & il
la eſt quæ non excludit matrem. l. hoc iure. ĩ. de vul. & pup. &
C. de inſti. & ſubſti. l. ſi. ſed ſi haberet mentẽ licet non verba, q̃
poſſent colligi ex aliquibus coniecturis, non eſſet mere inter-
pretatiua. & matrẽ excluderet, ſicut ſi eſſet expreſſa. ita ĩ actio-
ne q̃ non prouenit ex verbis, ſed bene prouenit ex mente, vt
dicat̃ directa, potius q̃ vtilis. ¶ Itẽ opp. ꝙ immo ſit dr̃ia inter
directam & vtilẽ; quia in directa eo mõ tenetur hr̃s, quo de-
functus. ſ. de dolo, lata culpa, & leui. ſed in vtili in plus tenetur
defunctus q̃ teneatur hr̃s. vt eo. tit. C. l. tutoris. & no. ſ̃. eo l. 3. §.
hac actione. & §. interdũ. So. fateor ꝙ in hoc differunt, qñ dat̃
ꝯ̃ heredem. ſed qñ ꝯ̃ principalem geſtorem non differunt in
effectu. Cætera circa iſtum articulum de directa, & vtili dic,
vt l. j. C. de actio. & obl. per Cyn. & eod. titu. ĩ. per Bar. in princ.

LEX L.

1 *Qui acquirit actionem pro alio, tenetur de illa facere quod illi placet.*
2 *Si acquiſiui actionem pro te, & non vis quòd tibi cedam, et potes me compellere vt liberem debitorem vel quòd eam alteri cedam, & ante ceſſionem potes debitorem liberare.*

1 IGnorante. ¶ † Qui acquirit actionem ꝓ
alio, tenetur de illa facere qđ
illi placet. h. d. & tene menti. ſi ergo procuratorio
nomine tuo ſtipulor, vel vendo, vel emo: quia
mihi acquiritur actio non tibi: quia non poteſt
quis alteri ſtipulari, vel paciſci, vt illi acquiratur, tamen te-
neor cedere actionem mandati. l. poſſeſſio. ĩ. de acqui. poſſeſſ.
2 ſi tu non vis, † quòd cedam, ſed quòd liberem debitorem, po-
tes me ad hoc compellere, vt eſt caſus hic. & idem ſi velles,
ꝙ cederem alteri quàm tibi. facit l. idemque. §. ſi cuius. ĩ. man-
dati. quinimo tunc ẽt ante ceſſionem põt liberare debitorem
per precium, vt tetigi. ſ̃. de pact. l. ſi cum prætore. & probatur
ĩ. de iure dotium. l. mulier bona. §. fin. qui incipit mulier. alias
eſt lex. & ĩ. de doli exceptio. l. ſi cum exceptio. §. mandauit.

LEX LI.

2 *Si in re mea quam credebas tuam impenſam facis, non habes actionem contra me.*
3 *Si vendis rem meam nomine tuo ſine meo conſenſu quòd habeam actionẽ in factum de qua hic vel negociorum geſtorum ſi ratifico, & res ſit perempta, ſeu præſcripta, & num. 1.*

1 SI rem. ¶ † Si vendis rem meã nomine tuo ſine
conſenſu meo, ea perempta, vel præſcri
pta cum agere non poſſim ad eam, poſſum cõtra
te agere ad precium vtili negociorum geſtorum,
habendo venditionem ratam in ſubſidium, licet non fuerit
facta nomine meo: ad hoc ſemper allegatur tex. cum glo. de
cuius materia vide plene per gl. & Cy. in l. mater. C. de rei ven.
& per Bart. in l. ſi cum ſeruum. ĩ. ſi cer. pet. vbi ſubtiliter decla-
rat. Et legitur duob. modis in glo. vno modo vt ponantur hic
tres caſus. Primus vſq; ibi: vt dare debere. Secundus vſq; ibi:
ſicut ex ꝯ̃rio. Tertius vſq; in fi. Alia lectura eſt, vt ponat duos
tantũ. Primus vſq; ibi: ſicut ex ꝯ̃rio. Secundus vſq; in fi. pro cu
ius declaratione vt intelligas opp. ꝯ̃ ver. dari deberet. nam Iu-
riſcon. videtur adducere probationem primi caſus per alium
caſum ſimilem: quia ſi geris negocium meum credens eſſe
tuum, datur tibi actio ꝯ̃ me: tamen ſi rem meam credens eſſe
tuam vendis, datur mihi ꝯ̃ te actio ad precium: quia videris
2 geſſiſſe negociũ meum in veritate credens eſſe tuum. † Sed ꝯ̃:
quia ſi in re mea, quam credebas tuam, impenſas facis, nõ ha-
bes actionem ꝯ̃ me. vt l. ſi in area. ĩ. de condi. indeb. in fi. ſed ſo
lum exceptionem. ꝑ hoc dicit Azo, ꝙ non eſt intentio tex.
dicere, ꝙ ſi geſſiſti negocium meum credens eſſe tuum, detur
mihi actio contra te, vel tibi contra me. ſed vult dicere, ꝙ ſi-
cut qñ vendidiſti rem meam nomine tuo ea perempta, datur
mihi actio contra te ad precium, ita ſi non eſt perempta, vel
præſcripta, quia eadem eſt rõ: quia cum deſinat mihi eſſe cõ-
ſultum ad rem, æquitas dictat, ꝙ agam ad precium contra te.
¶ Opponitur in gl. quæ incipit inſolidum, ꝙ non poſſim habe
re hanc actionem contra te ad precium, niſi ratam habeam
venditionem, nam iſtud eſt negocium, quod ad me non perti
net reipſa. nihil n. impendiſti in ea re, ex quo res ſit effecta me
lior. pertinet ergo ſolum ratihabitione: ſed hic de ratihabitio
ne nihil dr̃. Propter hoc glo. ſubaudit, ꝙ ego ratum habui, al's
hanc actionem non poſſem habere quia negocium non eẽt
3 meũ, nec ratihabitione. ¶ † Sed ꝯ̃ ſecundo, ꝙ immo habeam
actionem ẽt ſi non ratificem per l. ſi & me & Titium. ĩ. ſi cer.
pet. Sol. actionem negociorum geſtorum non habeo ſi non
ratifico, quia negocium nõ eſt meum, ſed actionem in factũ
ex æquitate illius legis, ne locupleteris cum mea iactura benè
habeo, vt ibi. Contra tertio, ꝙ illam non habeam, quia non
eſt verum, ꝙ locupleteris cum mea iactura, cum titulũ one-
roſum habueris a me, quia emiſti ſeruum cum peculio, &
iſta lect. loquitur qñ nullum titulum habebas, vel habebas lu
cratiuum. Sol. in ſeruo, & in peculio & rebus peculiaribus be
ne habebas titulum oneroſum; ſed in iſta re ſubtracta & per
te vendita nullum tit. habebas: quia non erat peculiaris, &
ſic locupletareris ſi non redderes mihi precium.

1 *Quomodo iſte titu. ad præcedentem continuetur.*
2 *Licitum eſt mihi dare, ne detur iniqua ſententia contra me, non eſt licitũ dare, vt detur æqua pro me; & ſi dedi, non repeto.*
3 *Differt iſte titulus a titulo de condi. ob turpem cauſam, quia iſte prouidet ei in cuius præiudicium datum eſt: quòd non eſt in titu. de condi. ob turpem cauſam.*
4 *Hoc edictum non extenditur quando datur in negocio extraiudiciario, ſed tunc talia lucra auferuntur a fiſco.*

De calumniatoribus.[a] *Rubr.*

1 ¶†Supra tit.præcedenti loquitur qñ quis gerit negocia noſtra
noſtro noĩe,& ad noſtrã vtilitatẽ: iſte tit.tractat de eo qui ge-
rit non noſtra,ſed ſua negocia,non noſtro noĩe,ſed ſuo,& ad
noſtrũ damnũ.vt ſi litigabamus tu & ego, & tu cũ non foue-
res iuſtitiam,dediſti pecuniam iudici,vt daret ꝯ me ſñiam pro
te,vel procuratori meo, ipſum corrũpendo vt permitteret da
ri ꝯ me.nã ſuper hoc emanauit edictũ prætoris,quo cauetur,
vt mihi detur actio in factum ꝯ iudicẽ vel procuratorẽ, ad pe
cuniã receptã cũ triplo:& ſic ad quadruplũ.Et iſte eſt vnus ca
ſus, qñ datum fuit vt negociũ fieret ꝑ calumniã in iudicio ꝯ
aliũ.alter caſus eſt,qñ darẽ eidẽ , ne daretur ꝯ me iniqua ſen-
tentia:quo caſu vertitur turpitudo ſolũ ex parte recipiẽtis,nõ
ex parte mei dantis.Sed in ꝑcedẽti ex parte vtriuſque:certè ẽt
hoc caſu datur hæc actio in factũ ad repetendũ pecuniã datã
cum triplo,& ſic ſicut dediſti vt fiat,& ego vt non fiat,habeo
actionẽ ad repetendũ data per te, & ẽt ad repetendũ data per
2 me,& ad quadruplicata,vt ĩ.eo.l.& generaliter.§.illud.†& ſic
licitũ eſt mihi dare, ne detur iniqua ſñia ꝯ me:ſed non eſt lici
tum dare,vt detur æqua ſñia pro me, & ſi dedi non repeto:q̃a
turpiter videor dediſſe iudicem corrũpẽdo , vt ĩ. de condi.ob
3 turp.cau.l.2.in fi.immo perdo litem,vt ibi dr̃. ¶†Sed ad quid
emanauit hoc edictũ prætoris? nonne ſatis erat titulus ille,de
cõdi.ob turp.cau.Sol.nõ:ibi enim tractatur , an repetere poſ-
ſit ille qui dedit : quo caſu diſtinguit̃ , an verſet̃ turpitudo ex
parte recipientis tm̃ , & datur , an ex parte dantis vel ex parte
vtriuſq;,& nõ datur. hic verò edictũ prætoris prouidet ei , in
cuius præiudiciũ datum eſt, vt licet dans non poſſit repetere,
tñ repetat ille in cuius præiudiciũ & dãnum dedit, & ẽt ille,q̃
dedit,ſed nõ turpiter,habet hãc actionẽ,quæ eſt famoſa,& da
tur ad quadruplũ cõputato ſimplo.Item habemus in iſta ma
teria titulũ.C.de pœna iudi. qui ma. iud. vbi ſunt conſtitutio-
nes principis punientes dantẽ,vt perdat cãm,de quib.fit men
4 tio hic in ver.ſed hæc cõſtitutio. † Item aduerte:quia hoc edi-
ctum loquitur,qñ datur vt aliquid fiat per calũniam in nego
cio iudiciario:non ergo extenditur, qñ in negocio extraiudi-
ciario.ideo ſi dares pecuniam Titio,vt me oſtenderet,vel aliã
iniuriam faceret, non datur mihi hæc actio ꝯ Titium ad repe
tendum data , ſed auferentur ab eo a fiſco : quia illicita lucra
ſunt auferenda,vt infra eo. l.in hæredem .

A D D I T I O.

a ¶Calumniatoribus.Adde quis dicatur calumniator,& vide tex.in l j.primo reſp.
ĩ.ad Turpi.& in l.athletas.§.calumniator.ſ.de infa.'& ꝙ ibi Bart, & in §.notan-
dum.3.q.4.& intellige ꝙ quis non ſolum dicitur calumniator agendo,ſed ẽt ex
cipiendo.vt l.j.C.de adu.diuer.iu.& dicit Oldr. in ſuo conſ.53. Io.And.in tit.de
accuſ.ad fi.Cur.adde tu in hoc D.Bar.Soci.in conſi.146.col.5.verſ. nec obſtat.

L E X P R I M A.

1 *Diuiſio præſentis tituli ponitur in quatuor partes,& quæ ſint .*
2 *Actio ex hoc edicto cum ſit famoſa,non datur contra parentem vel patro-*
num,ſed datur actio in factum generalis, quæ datur in ſubſidium alia-
rum actionum, nec agens conſequitur hic quadruplum .
3 *Qui aliquid dedit alteri,vt negocium iudiciarium fiat per calumniam,te-*
netur etiam ipſe ad qnadruplum,ſicut ille qui recepit .
4 *Actio ex hoc edicto quòd ſit famoſa .*
5 *Si quis accepit,vel dedit alteri, vt negocium alteri fiat , quando puniatur*
pęna applicanda parti,& quando fiſco .
6 *Non poteſt quis de vno delicto criminaliter puniri diuerſis legibus, & ſic*
diuerſis pęnis .
7 *Si tu dediſti vt fiat mihi negocium calumnioſè , & ego dedi vt non fiat :*
habeo actionem in factum ad repetendum quod ego dedi quadruplica-
tum : & ſi decedo antequam agam , hæres aget ſolum ad ſimplum per
hanc actionem .
8 *Quare non detur hæredi ad pęnam .*
9 *Quod pro eo quod tu dediſti competat etiam mihi actio & non tibi , & an*
eam tranſmittam ad hæredem .

1 IN eum qui. ¶ † Diuide iſtum titulũ in
quatuor partes . Nam pri-
mo ponit verba edicti prætoris quæ cõtinẽt duos
caſus. Primus eſt de illo qui dedit, vt alteri nego-
cium fiat per calumniã, & ſic verſatur turpitudo
ex parte dantis,& accipientis . Secundus de illo qui dat, vt ſi-
bi per calumniam non fiat , & ſic non verſatur turpitudo ex
parte dantis,ſed ex parte recipientis . & vtroque caſu dicit da-
ri actionem in factũ ei, ob cuius damnum datum fuit ad reci
piendum in quadruplum , & ſic ꝯ recipientem . & hoc vſque
ibi : hoc iudiciũ. Secundo proſequitur primum caſum decla-
rando v. vel vj. dubia circa ipſum vſque ad l. & generaliter .
verſic. ſi. qui incipit : quæritur ſi quis a te pecuniã,&c. Tertio
proſequitur caſum ſecundum,declarando ſimiliter 4.vel 5.du
bia vſq; ad l.annus.Quarto mixtim proſequitur vtrunq; caſũ
2 vſq; in fi.tit. Silr in prima parte ſunt duæ glo. vel tres.†Prima
limitat tex. ꝙ hæc actio, cum ſit famoſa :non datur ꝯ parẽtẽ
vel patronum.vt ĩ.de obſe.l.parens.ſed datur ꝯ eos actio in fa
ctum ex hoc edicto: & dicit dari actionẽ in factum generalẽ,
quæ datur in ſubſidium aliarum actionum: & in hoc bene di
cit.Item dicit,ꝙ per illam actionẽ in factũ generalem,conſe-
quitur agens quadruplũ ſicut per iſtam.Hoc non placet,quia
illa non fuit introducta ad pęnã petendã, alias non eſſet dr̃ia
inter vnam,& alteram . Vnde nõ eſſet rõ quare illa generalis
daretur ꝯ parentẽ, & patronum, cum iſta non detur poſtquã
actor tm̃ conſequitur ex iſta,quantum ex illa.Item ij.gl.dicit,
3 †ꝙ non ſolum ille qui recipit tenet̃ in quadruplũ, ſed etiã ille
qui dedit.Allegat aliquas leges,quæ non probant,licet dicant
dantem in alio puniri.ſ.quia perdit cauſam , etſi bonam cau-
4 ſam habeat . ¶†Tertia glo.ſuper verbo competit : dicit hanc
actionem eſſe famoſam:quia oritur ex turpitudine recipiẽtis.
5 Sup ſcd̃a parte ſunt duæ gl.mag. †Prima,quæ incipit,crimina
le,enumerat alias leges ꝑ quas punitur , qui accipit vel dat al-
teri,vt negocium alteri fiat . nam quædam puniunt recipiẽtẽ
ciuiliter pęna applicanda parti , vt eſt hoc edictũ.quædam ve-
ro criminaliter pœna applicanda fiſco . vt l.Iulia repetũdarũ.
& l.Cornelia.de falſis.& illæ non requirunt ꝙ detur vt calum
nioſè fiat.ſufficit.n.dari vt fiat.Illud aũt edictum bene hoc re-
quirit.Itẽ ſi fuerit vna,& punitus fuerit quis ciuiliter,non tol-
luntur aliæ , per quas punitur criminaliter : q̃a licet ciuilis, &
criminalis ſimul intentari vel agitari non poſſint,vna tñ fini-
ta,põt altera inchoari,vt l.interdũ.de publ.iud.& C.qñ ciuilis
6 actio.l.vnica.& ĩ.vi bo.rap.l.prætor.§.j. & ibi ꝑ Bar.†ſed ſi pu-
nitus eſt vna pœna criminaliter,tollitur altera ſimiliter crimi
nalis : quia non põt quis de vno delicto criminaliter puniri di
uerſis legibus, & ſic diuerſis pœnis . Immo ſi punitus eſt vna
inducta per vnã legẽ, tollitur altera inducta ꝑ aliam legẽ.qđ
dic,vt l.Senatus.ĩ. de accuſ. Altera glo.magna,q̃ incipit niſi il-
le,primo limitat iſtum tex.dũ dicit, dantẽ puniri,quia perdit
cãm ꝑ auth.ſed nouo iure. C.de pœ.iud. qui male iudi.qñ ſpõ
te hoc confiteretur.poſtea vero continuat verbum. nam tra-
ctari põt cum tex.præcedenti.vſq; ibi : & dic caſum.Tertio po
nit caſum in iſto verſi.nam tractari . Quarto determinat vnũ
dubium. Quinto, & vlt.ponit vnam diſtinctionẽ pro intelle-
ctu tituli,& dic, vt in ea, quia nõ habet puncta multũ vtilia,
7 vel ſubſtantialia. ¶†In tertia parte q̃ incipit, in ver. quare du-
bitatur.primo in l.hęc actio.ſi tu dediſti,vt mihi negociũ fiat
calumnioſè,& ego dedi vt nõ fiat,certũ eſt ꝙ habeo actionẽ
in factũ,ad repetendum quod ego dedi quadruplicatũ. Quid,
ſi decedo antequã agam, an tranſmittã ad hæredem? & rñdet̃
ꝙ non:quia ſufficere debet hæredi ꝙ poſſit repetere quantita
tem,q̃ dedi, nõ aũt debet agere poſſe ad pœnam. & h.d.dubi-
tatur in glo. primo qua actione poterit hæres repetere quod
ego dedi,an hac actione,quæ oritur ex hoc edicto ? quidã di-
xerunt ꝙ non : ſed ꝙ repetet condict.ob turp.cau.vt ĩ.l.proxi.
§.ſed ẽt.Alij dñt ꝙ immo ẽt hac actione,& hæc vera:quia tex.
in prin.loquit̃ de hac actione, & dicit non dari eam hæredi.ſ.
ad pœnam.Ergo dum ſubiicit ꝙ debet ſufficere,vt poſſit repe
tere quod dedit , debet intelligi.ſ.per hanc actionẽ de qua lo-
8 quitur prin.†Sed quæro ſecundo,quę ſit rõ,ꝙ hæredi non dat̃
ad pœnam ? quia dñt ꝙ continet meram vindictã ſicut actio
iniuriarum.glo.hoc reprehendit in fi. quia actio iniuriarum,
ideo dr̃ dari ad vindictam : quia ei qui recipit iniuriam nihil
abeſt,niſi iniquitas animi, & ei qui fecit nihil adeſt.ſed nõ eſt
ita in caſu iſto:quia danti abeſt,& recipienti adeſt.Eſt ergo ra
9 tio.quia ſic legiſlatori placuit,cũ ſit magna pęna. † Sed tertio
quæritur,mihi cõpetit actio ẽt pro eo quod tu dediſti,non au
tem tibi,quia uerſatur turpitudo ex parte tua: ſed an iſtã,quæ
mihi cõpetit tranſmitto ad hęredẽ ? glo.tenet ꝙ ſic,ẽt ad pœ-
nam.Hoc non placet.nã ſi illa,q̃ mihi datur pro eo quod ego
dedi , non tranſmitto ad hæredẽ quo ad pœnam petendam :
multò minus illã quæ mihi datur pro eo, quod tu dediſti : q̃a
illa non datur niſi danti,qui vr̃ contrahere, uel quaſi contra-
here cum recipiente , ſed ego non dedi:& ſic mihi non com-
petit : ergo ipſam non tranſmitto . Sed nec tibi competit ꝑꝑ
tuam turpitudinem. datur ergo ad quadruplũ,ſed non tranſ-
mitto,niſi quo ad ſimplum. & per hoc eſt expedita glo.

L E X V.

1 *Actio ex hoc edicto datur contra hæredem quatenus ad eum peruenit.*
2 *Turpia lucra ſunt auferenda non ſolũ ei qui turpiter lucratus eſt,ſed etiam*
eius hæredib.quatenus ad eos peruenit, licet ſint bonæ fidei poſſeſſores.

1 IN hæredem ¶†Secundum dubiũ eſt ,
an hæc actio ad pœnam
detur ꝯ hæredem recipientis, licet nõ detur hære-
di dantis ? & rñdetur ꝙ ſic, per rõnem q̃ ponitur
2 in tex. & iſta l. ſemper allegatur, † ꝙ turpia lucra
ſunt auferenda non ſolum ei qui turpiter lucratus eſt,ſed etiã
eius heredibus,licet ſint bonæ fidei poſſeſſores: & hoc quate-
nus ad eos peruenit.Sed in quo differt iſta lex a lege ꝑcedenti?
nam ẽt ad hęredẽ trãſit quatenus defunctus dedit , & ſic qua-
tenus ſibi abeſt . Si dicamus ergo, ꝙ ꝯ hæredẽ datur quatenus
ſibi adeſt,non erit dr̃ia inter hæredem agentis, & hærede con-
uenti,

uenti,& tamen iſtæ ll. vſr facere differentiam,vt colligitur ex alternatiua autem. Poteſt dici,ꝙ ſi occaſione eius quod datũ fuerit,aliquod lucrum defuncto vel hæredi peruenit,qđ forte æquiualeat pœnæ, ꝙ ẽt ad illud lucrum agi poſſit, ſi eſt penes hæredem,& in hoc erit differentia,ꝙ ad hæredem dantis non tranſit vt pœnam petere poſſit,ſed contra hæredem recipientis agi poteſt etiam ad pœnam, non ſolum ad quod datum fuit,ſi ex eo aliquod lucrum ad eum,vel hæredem eius peruenit. aliàs non videtur bona aduerſatio.

1 §. Sed etiam. ¶† Tertium dubiũ eſt,ſi dedi vt mihi non fiat, an detur mihi alia actio q̃ iſta?& rñdetur ꝙ ſic.ſ.condic. ob turp.cau.quia non fuit turpitudo ex parte mea, ſed non ſic datur ei qui dedit,vt fiat: quia ibi turpitudo verſatur ex parte ſua.iſta tñ conditio non eſt pœnalis. ¶Sed oppo.ꝙ licet dederim,vt mihi non fiat,non debebam habere cõdi.ob turp.cau.ſ.de cõdi.ob turp.cau.l.2.Solu. ibi,nõ dedi vt mihi nõ fiat negociũ ꝑ calũ. ſed dedi,vt detur ꝑ me ſñia iuſta: qa ſperabã fouere iuſtã cãm:& tunc nõ dat:qa videor voluiſſe iudicẽ corrumpere. Sed aliud, qñ non do, vt pro me feratur, ſed vt contra me iniuſta ſententia non fiat.

2 *Si egi condictione ob turp.cau.ad ſimplum quod conſecutus ſui an tollatur actio ex hoc edicto in totum,an autem tollatur in ſimplum ſolum.& detur ad triplum,& num* 1.

1 §. Quare. Quartum & vlt.dubium eſt,†qñ dedi vt mihi non fiat negocium per calum.habeo condic.ob turp. cau. quæ non eſt pœnalis, ſed datur ad ſimplum.

2 †Item habeo actionem ad quadruplum. Pone, ꝙ egi condictione, & fui conſecutus ſimplum, quid erit de hac actione? an tollatur in totum,vt ſic nec ad ſimplum detur,nec ad pœnam? an tollatur ſolum in ſimplo, & ſic detur ad triplum?Et dicamus,ꝙ in illo quadruplo contineatur ſimplum,vt rñr cõtingit,qñ lex imponit pœnam per hæc verba multiplicatiua. vt l.fi.C.de ſpon.ſi vero in nullo tollatur:& ſic totum quadruplum ſit pœn. & poſſit peti ſimplum, & ẽt quadruplũ,Iuriſc. nõ rñdet clare,ſed dicit alternatiuẽ actionẽ ſufficere. per hoc vr primã partẽ verã eſſe,ꝙ actio tollatur in totũ.gl.ſuper hoc laborat, & finał glo. tenet hic ꝯrium ꝙ tollitur in ſimplo,& durat in triplo. & ſm hoc iſtud quadruplũ totũ nõ eſt pœna, immo cõtinet rei perſecutionem: & hoc tenet gl.& eſt verũ: quia mitior pars eſt tenẽda.Sed dubium facit, ꝙ totum ſit pœna,per l.ſi quis ab alio.ſ.eo.breuiter dic, vt in fi.gl.quia interdum comperit vni: & tunc in quadruplo ineſt ſimplum.interdum duobus,puta dediſti,vt mihi non fiat negocium calumnioſè:ego non ratifico: vnde non poſſum repetere ſimplum, & tu repetes.ego aũt licet non ratificaui,petam quadruplum propter delictum recipiẽtis.& ꝙ regulariter in triplo, vel quadruplo inſit ſimplum habetur ſ. de publ. l.hoc edicto.in fi.& C.de pœ.l.j.& de ſpon.l.fi.& eſt declarata glo.quę eſt hic.

LEX VI.

2 *Tempus datum a lege quòd a principio ſit vtile, ſed poſtquam incepit,ſit continuum,& vide num.*1.

1 Annus. ¶ † Annus qui datur ex hoc edicto, eſt vtilis quo ad prin.ideo non incipit currere ignorantib. nec ẽt ſcienti, & non valenti agere.& ſcire dr quis, cũ tractatur de facto ſuo,in quo non poteſt prætendere ignorãtiam.ſed ſi de facto alieno,

2 dicitur ignorare quouſque apparet de ſcientia.h. d. † Idem vr in quolibet tempore dato a lege, niſi exprimatur contrariũ: ꝙ ſit vtile a prin. ſed poſtquam incepit fit continuum. vel dic vt no.ſ.de diuer.& temp.præſcrip.ſuper rub.

LEX VII.

1 SI quis. ¶†Datum ne mihi negocium per calumniam fiat per alium, de voluntate mea repetitur per me,& non per dãtem,cũ pœna huius edicti, ſed ſi ſine mea voluntate, ſimplum repetitur per dantem,ſed quadruplũ repetitur ꝑ me.& eſt bona lex.in primo ergo caſu ſolus repeto quadruplũ,ĩ quo ineſt ſimplũ,& ſic non eſt totum pœnale, ſed in ſecũdo caſu totum quadruplum, quod ego repeto eſt pœnale. & ita intelligit glo. iſtum tex.ſ.eo.l. in hæredem.§.fi. & ad idem tendit ſequens §. in fi.In tex.ibi,ne mihi negocium,ſubaudi iudiciale,& per calumniam.& ſic nõ fuit turpitudo ex parte dãtis, ſed recipiẽtis. ¶In tex.ibi,mandato meo, ſubaudi expreſſo vt differat a ſeq. in quo fuit tacitũ ſub generalitate verborum, qñ erat procurator ad negocia.¶In tex.ibi,ego dediſſe intelligor,ſupple,& ſic ego ſolus repeto.Rayn.vt differat a ſeq. in quo vterq; repetit.¶In tex. ibi, licẽt materiæ cauſa. dic iſtã materiam habuit reſpectu mei,non reſpectu illius cui dabat, ideo datum repetitur. ſecus ſi reſpectu illius cui dabat materiam, habuiſſet. vt in glo.quæ incipit quod dedit.

2 *Filius poteſt facere conditionem patris meliorem: ſed non deteriorem,& vide num.*1.

1 §. Si vt. ¶†Actio in factum ex hoc edicto ex perſona filij competit patri, ſed non ꝯ patrem.Item datum meo noĩe,ne mihi negociũ fiat,me non ratificante, repetit a dante quo ad ſimplum: ſed a me quo ad quadruplum.h.d.& ſic continet tria dicta,ſeu tres caſus, vt patet ex litera. ¶In tex. ibi,etiam patri.q.d.non ſolum filio. nam vt dicit gl.j.actio in in factum eſt ipſius filij, quo ad dominium etiam iure illo.vt ſ. de act. & obl.l.in factum, ſed quo ad exercitiũ,eſt patris, & facta exactione per vnũ,tollitur quo ad alterum. Videtur, ꝙ quilibet eorum agat ad quadruplum, ſed vno ſoluente alter

2 liberatur. ¶†In tex. ibi, in ipſum ſubaudi filium.q. d. non in patrem.nam filius poteſt facere conditionem patris meliorẽ, vt in præcedenti caſu, ſed non deteriorem vt hic,vt faciat patrem teneri ad pœnam. ¶In tex. ibi, & ſi alius ei, ſcilicet filio ſupple,vel cuicunq; alteri.in princ.legis. ¶In tex. ibi;meo nomine dedit,ſupple,& ego non ratificaui, procedat quod infra ſubiicitur.ſ.vt tam ipſe quàm ego agere poſſimus. In tex. ibi: tunc etiam ipſum repetere, & me in quadruplum: ſed ſi ego ratificaſſem, ego ſolus repeterem quadruplum. & ita etiam intelligunt glo.

1 §. Cum pub. ¶†Cum datur officiali pub. etiam ob negocium extraiudiciale,locum habet actio pœnalis ex hoc edicto.h.d. gl. tamen vř ſentire, ꝙ ſit ſpeciale in publicano,& non ſic eſſet in aliis. ¶In tex.ibi, mancipia retinet dicens eſſe deperdita: quia non erat ſoluta gabella,cum tamen eſſet ſoluta.¶In tex.ibi, dataque ei pecunia eſſet: ſubaudi, vt reſtituerentur mancipia: & ſic datũ fuit negocium per calumniam,vt non retineat mancipia tanquã publicata:quia dans non poterat probare,ꝙ tunc ſoluiſſet gabellam, nunc vero poteſt. Vnde dubitatur an poſſit repetere ſimplum cum pœna quadrupli, nam ſine pœna non eſt dubium. & videbatur ꝙ non: quia non fuit datum,vt non fiat in iudicio,ſed extra iudicium. Contrarium tamen eſt hoc caſu,vel quia datum publicano contra quem ſpecialiter prouidetur per edictum de publ.& ẽt per iſtud: vel quia erat officialis publi.& ſic eſſet idem in alio officiali publico.

LEX VIII.

2 *Accuſator accipiens pecuniam vt deſiſtat ab accuſatione calumnioſa crimine non probato,non ſolum punitur ciuiliter (vnde reſtituit datum cũ pęna tripli) ſed etiam extra ordinem per iudicem criminaliter pro modo delicti,& num.*1.

3 *Iudex qui cognouit de pęna ciuili poteſt incidenter punire criminaliter,ſicut ſi cognouit principaliter,de criminali poteſt incidenter condemnare reum ad reſtitutionem ablatorum.*

1 SI ab. ¶†Accipiens pecuniam vt deſiſtat ab accuſatione calumnioſa, crimine non probato tenetur hac actione,& ad pœnam huius edi-

2 cti. ¶†In fi. l.ibi, & ei qui commiſit.No.quia non ſolum punitur ciuiliter iſte accuſator, qui non probauit crimen, & ſic accuſatio præſumitur calumnioſa: vnde reſtituit datum cum pœna tripli:ſed ẽt extra ordinem per iudicem criminaliter punitur pro modo delicti. facit l.licitatio.§.quod il-

3 licite.de pub.Item †iudex qui cognouit de pœna ciuili,incidẽter poteſt punire criminaliter,vt hic patet.ſicut econuerſo,iudex qui cognoſcit principaliter de criminali, poteſt incidẽter

a condemnare reum ad reſtitutionem ablatorum, [a] vt l.interdum.§.qui furem.ff.de fur. facit ſ. ſiniũ regun.l.4. §.ſi dicatur. & quod no.Bar.in d.§.qui furem. & Cy.in l.ſi quis a ſe fundũ. C.ad l.Iulia.de vi.& de condic. ob turp. cauſ. l.quod euitandi. & per Inno.de accu.c.cum oportet. in fi.mag.glo.

ADDITIO.

a ¶Ablatorum.Ad de Bar.in l.defuncto.infra de pub.iud.Ang.in l.ſi vacantia. C.de bo.vac.& Bal.in l.quod euitandi. C.de condi.ob turp.cau. & in l.ea quidem.C. de accuſ.& Ro.in conſi.162.Ang. in l.j.C.quando ciuil.act.preiu.cri. & Gandi. in tracta.maleſi.in forma libelli.de accu. Curt.

LEX IX.

1 *Calumnioſus accuſator tenetur ad pęnam ciuilem, & ẽt criminalẽ.h.d.*

2 *Separatorum,ſeparata debet eſſe ratio, & quòd non ſit bona argumentatio de vno ad aliud.*

3 *Liberi homines non debent poni ad torturam, non præcedentibus indiciis. & quid in ſeruo? & ſi calumnioſè accuſatus ſit, & ad torturam poſitus mortuus eſt, vel aliàs factus inutilis qualiter prouideatur domino.*

1 DE ſeruo. ¶†Calumnioſus accuſator tenetur ad pœnam ciuilem,& etiam crimi-

2 nalem.h. d. † & allegatur communiter iſta lex ad id quod dicitur in fine,ꝙ ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio, & ꝙ nõ eſt bona argumẽtatio de vno ad aliud. facit ſ.de mino.l.Papinianus exul.l.ibi, dum dicit,quid.n.commune habet,&c.& C.de donat.inter vir.l.maritus. & ſ.de Carb. edic.l.de bonis.in princ.cum ibi no.in glo. & de acqui.poſſeſſ. l.naturaliter.§.nihil commune. ¶In text. ibi, poſtuletur quæ-

3 ſtio.i.tortura. ¶†In tex.ibi,habetur,ſubaudi,indiſtincte etiam non præcedentibus indiciis propter vtilitatem ſerui, non ſic in liberis hominibus qui non debent poni ad torturam,non præcedentibus indiciis: vt l.penul. & fi.infra de quæſtionibus. Quid ergo ſi non fuit confeſſus,& tamen in tortura mortuus eſt,

a eſt,[a] vel effectus inutilis, & ſic dñs damnificatus qũo ſibi ꝓuideturꝛ rñdetur vt ſequitur: quia recuperat precium ſerui dupli carũ, & vltra hoc ꝑꝑ calũniam accuſatoris imponit̃ pœna criminalis. ſunt.n. pęnæ ſeparatæ, & vna per alteram non tollitur: nã vna reſpicit dãnũ priuatũ, altera reſpicit iniuriã factã reipub. & no. gl. hic q̃ diſtinguit qñ ſeruus accuſat̃, vel petit̃ vt ponat̃ ad torturã ꝓ accuſatione facta de alio, de quib. leges loquunt̃ diuerſimodè, quas gl. reducit ad ↄcordiã cũ diſtictiõe.

ADDITIO.

a ¶Mortuus eſt. Adde tu, & vide qua pœna, & qñ puniatur iudex quando tortus moritur in tortura, per Bartol. in l. quæſtioni. infra de queſtio. Cyn. & Bal. in l. Gracchus. C. de adul. Bal. in l. j. C. de emenda. ſer. vbi diſtinguunt, ꝙ aut exceſsit modum in tortura, aut non: & refert ẽt Ang. de Are. in tracta. malefic. in verſ. fama pub. col. antep. uer. octauo queritur, & late ponit D. Amad. de Anch. in ſuo ſyndi. in uer. ſ. ꝙ dictus Poteſtas. & officiales plures carcerari. &c. & uide in propoſito Bal. in conſi. 436. in 4. lib. & Fran. de Are. in ſuo conſi. 80. Curt.

LEX PRIMA.

1 *Iuriſdictio ordinaria quomodo poſſit prorogari.*

2 *Poteſtas Paduanus licet acquirat iuriſdictionem ſupra illos, qui in eum conſenſerunt, puta Vicentinos, ac ſi eſſent ſibi quo ad ius ſubditi: non tamen poterit cogere alios Vicentinos ad teſtificandum, ſi inducerentur in teſtes vel patrem alterius ex litigantibus ad conſentiendum filio.*

3 *Si poteſtas iſte finiat officium antequam cauſa terminetur, ſucceſſor eius poterit eam terminare.*

4 *Si iſte Poteſtas ex forma ſtatuti Paduæ poterat procedere ſummariè, & de plano, & non poterat ab eius ſententia appellari, idem erit in hac cauſa prorogata, & quòd interdum ſit fortioris naturæ quàm prima.*

5 *Licet ab epiſcopo poſſit appellari, tamen ſi laici prorogant eius iuriſdictionem quòd tunc non poſſit appellari.*

6 *Poteſtas Paduæ, ſi delegauit cauſam inter duos Vicentinos, & ſic non valuit delegatio, & tamẽ partes ſcientes non valere litigent corã delegato, an per hoc videantur prorogare iuriſdõnẽ Poteſtatis: remiſſiuè.*

7 *Iudex ſi eſt præſens, & partes ſe expreſsè ſubmittunt iuriſdictioni illius, tunc ſtatim ille acquirit iuriſdictionem abſque eo quod ſit proceſſum ad lit. conteſt. vel ad alium actum litis.*

8 *Si non ſubmiſerunt ſe expreſsè, ſed tacitè litigando coram illo, ſcientes illũ eſſe incompetentem, niſi exceptio incompetentiæ ab initio opponatur, ꝙ videatur iuriſdictio prorogata. & an poſſit opponi vſque ad lit. conteſt.*

9 *Si iudex non eſt præſens tempore quo in ipſum conſentiunt, non habet locũ pęnitentia ante litem conteſt. ex parte vnius partis quin teneatur ad intereſſe, vel ad pęnam promiſſam. & quid quo ad iudicem?*

10 *An tam clerici quàm laici poſſint prorogare iuriſdictionem in iudicem non ſuum. & num. 11.*

11 *Compromiſſum ſi fiat inter aliquos in iudicem non ſuum tanquam in arbitrum, talis arbiter non habet inter eos iuriſdictionem, ſed acquirit notionem. Sed ſi in proprium iudicem ordinarium non valeret. & quid ſi compromitterent tanquam in arbitratorem.*

12 *Compromiſſum quando fit in aliquem tanquam in arbitrum & arbitratorem: an pronunciauerit vt arbiter, an vt arbitrator, cognoſcetur ex modo procedendi & effectus eſt, quia ſi pronunciauit vt arbiter, ſtandum eſt ſententiæ metu pęnæ, ſed ſi vt arbitrator peti poteſt reduci ad arbitrium boni viri de iure ciuili.*

13 *Compromiſſum ſolet fieri quòd in procedendo poſſit vt arbitrator cognoſcere ſine iudiciario ordine, & in ſententiando de iure tantum, & tunc cenſetur ſententia lata ab arbitro.*

14 *Licet de iure ciuili non poſſit compromitti in proprium iudicem ordinariũ tanquàm in arbitrum, tamen ſecus eſt de iure canonico.*

15 *Clericus ex emptus a iuriſdictione ſui Epiſcopi, vt Abbas, qui immediatè ſubeſt Papæ, an poſſit prorogare iuriſdictionem Epiſcopi a qua exemptus eſt ſine licentia Papæ: remiſſiuè.*

16 *Iuriſdictio delegata poteſt prorogari ſicut ordinaria de tempore ad tẽpus, & de re ad rem, & de loco ad locum, non de perſona ad perſonam. & quare, & num. 17.*

17 *Iuriſdictio ordinaria dicitur fauorabilis, ſed delegata dicitur odioſa.*

18 *Iuriſdictio iudicis chartularii, & ſic notarii, qui eũ habet habitu, nõ actu, poteſt prorogari de habitu ad actum.*

19 *Poteſt prorogari iuriſdictio non ſolum illius qui habet eam plenam cum imperio mero & mixto, ſed etiam illius qui habet ſemiplenam, vt ſimplicem iuriſdictionem.*

20 *In cauſa criminali an poſſit iuriſdictio prorogari in non ſuum iudicem.*

21 *Prorogatio iuriſdictionis non habet locum in ſpiritualibus, quantum ad poteſtatem abſoluendi, vel excommunicandi.*

22 *An iſta lex procedat etiam quando alter ex litigatoribus tantum ſciebat iudicem incompetentem.*

LIBER QVINTVS.

De iudicijs. *Rubrica.*

1 SI ſe ſubijciat alicui. †Iuriſdictio ordinaria poteſt prorogari de perſona ad perſonam, ideſt per non ſubditos, ſi conſentiunt, & ſe ſubiiciunt iuriſdictioni iudicis incõpetẽtis, ſiue talis iudex habeat tribunal, ſiue nõ. h.d. de hñte tribunal, pone exẽplũ in poteſtate. de nõ habẽte, pone exẽplũ in rectore ſcholariũ, q hẽt iuriſdictionẽ ordinariã ſicut cęteri rectores vniuerſitatũ. vt l. fi. C. de iuriſd. om. iud. nã põt iuriſdictio ꝓrogari ad alios, q nõ ſint ſcholares ſi ſubiiciãt ſe ſuæ iuriſdõni, & ↄſentiãt ꝙ hẽt cognoſcere de eorum lite. pñt ẽt poni plã alia exẽpla, ſed iſta ſufficiãt. ¶In tex. ibi, iuriſdõni. ſ. nõ ſui iudicis, vt ſi duo Vicẽtini ſe ſubiiciãt iuriſdõni ptãtis Paduæ, ſm Odofr. ¶In tex. ibi, conſentiant. ſ. vt ille cognoſcat de eorũ lite & dña tanq̃ ptãs, no. tanq̃ arbiter, vel arbitrator.
2 ¶†In text. ibi, inter conſentientes. no. hoc verbum ſecundum Angel. q. d. nõ inter alias perſonas, etiam ſi ſint ad iſtã cãm neceſſariæ, & iõ Poteſtas Paduanus licet acquirat iuriſdõnẽ ſ. illos, q in ipſum cõſenſerunt, & ſic poſſit eos arctare ad cõparẽdũ, ac ſi eſſent ſibi quo ad ius ſubditi, & eos mulctare ſi nõ cõparẽt: vt ſ. ſi quis iuſdi non obtẽ. non ſic acquirit iuriſdõnẽ ſ. alios Vicẽtinos, q inducerent̃ in teſtes iſtius cauſę vt poſſit eos cõpellere ad teſtificãdũ, vel ſupra patrẽ alicuius ex litigantib. vt poſſit ipſum cogere ad cõſentiẽdũ filio, in prę iudiciũ prorogati: qm̃ illorũ duorũ factũ nõ põt alios onerare. In tex. ibi, cuiuſuis iudicis, id eſt cuiuslibet iudicis ordinarij
3 habentis tribunal, vel nõ habẽtis, vt ſequit̃. ¶†Sed q̃rit̃ hic. qd ſi poteſtas iſte, vel rector finiat offm̃ anteq̃ cã terminet̃, vtrũ ſucceſſor eorũ poterit terminare? puto ꝙ ſic indiſtincte: qa cẽſetur habitus reſpectus ad ipsã iuriſdõnẽ, nõ ad ꝑſonã, poſtq̃ tanq̃ in iudicẽ ordinariũ cõſenſerunt, & iuriſdõ nõ mutatur. immo eſt eadẽ cũ ꝑſona ſucceſſoris. vt in c. nouit. extra de ele. licet Spe. in ti. de cõpe. iudi. adi. §. j. ver. quid ſi duo Piſani. videatur diſtinguere, an habuerit reſpectũ ad iuriſdõnẽ, vel ad ꝑſonã. ſed nõ video ꝙ ad ꝑſonã potuerit hr̃e reſpectũ: quia ꝑſona eſt de ſe priuata, ergo nõ põt ſibi dari iuriſdictio conſenſu priuatorũ: vt l. priuatorũ. C. de iuriſ. om. iud. ſed illã quã hẽt, pñt
4 prorogare. ¶†Itẽ quid ſi poteſtas iſte ex forma ſtatuti Paduæ poterat procedere ſummariè, & de plano, & non poterat appellari ab eius ſnĩa, vtrũ erit idẽ in hac cã ꝓrogata? dic ꝙ ſic,
a quia eſt eiuſdẽ naturæ[a] cũ prima, q̃ hẽt inter ſuos ſubditos. ar. in l. ẽt. C. de iure do. j̃. de pac. do. l. inter ſocerũ. §. cũ inter. in fi. vbi idem iuris eſt de augmento qđ de principali. & hoc tenet
5 Petr. in l. ſi qui ex conſenſu. C. de epi. audi. Interdũ tñ cõtingit, vt ſit fortioris naturæ iuriſdõ prorogata q̃ prima, vt ſi laici ꝓrogãt iuriſdõnẽ epi. nã licet ab ipſo poſſit appellari cũ procedit inter ſubditos ex ſua originali iuriſdõne, vt in auth. ſi quis litigantiũ. C. de epi. audien. qñ ꝓcedit ex iuriſdõne prorogata, nõ põt appellari. vt đ. l. ſi quis ex cõſenſu. & l. epiſcopale. eo. tit.
6 †Itẽ pone, ꝙ poteſtas Paduæ delegauit cãm inter duos Vicentinos: & ſic non valuit delegatio, qa delegauit cãm ad ſuã iuriſdõnẽ non pertinentẽ. vt l. j. C. qui pro ſua iuriſdi. partes ſciẽtes nõ valere, litigãt corã delegato, an ꝑ hoc prorogare videãtur iuriſdõnẽ Ptãtis, vt ſic reconualeſcat delegatio? vide gl. & Cy. C. q ꝓ ſua iuriſd. in l. vnica. in j. q. & in Spe. de appel. §. nũc
3 tractemus, qd ſi de facto. ¶†In prima gl. mag. in prin. ibi, & litẽ conteſt. Tu dic, ꝙ ſi iudex eſt præſens, & partes expreſsè ſe ſubmittunt iuriſdõni illius, tunc ſtatim ille acquirit iuriſdõnẽ abſq; eo ꝙ ſit ꝓceſſum ad cõteſtationẽ, vel ad aliũ actũ litis, & ita dẽt intelligi iſta lex ſcđm verũ ſenſum. & l. eſt receptũ. de iur. om. iud. & c. j. ex̃ e. & ita intelligit Gul. de Cu. vr̃ tñ Gul. requirere ꝙ ẽt ipſe iudex acceptet. ſed ſatis vr̃ acceptare ſi nõ ↄdicit: quia non tractatur de ipſius p̃iudicio ſed fauore: & ſic præſentia cũ taciturnitate hr̃ pro cõſenſu, iuxta mãm de qua
8 in l. filiusfa. §. inuitus. ſ. de ꝓcu. † Si vero partes nõ ſubmiſerũt ſe expreſsè, ſed tacitè ligando corã ipſo, ſcientes ipſum eſſe incompetẽtẽ, tũc ꝓcedit id qđ dicit gl. de ↄteſtatione. Nã ſm gl. per actus factos ante coteſt. nõ inducit̃ ꝓrogatio: & ſic ſꝑ põt opponi exceptio incõpetẽtiæ iudicis, quouſq; lis ſit ↄteſta. ẽt ſi ſit ꝓceſſum ad alios actus, ſm opi. gl. Alij dñt, ꝙ intelľr prorogata ẽt ꝑ alios actus, quãtũ ad hoc, vt illi actus valeãt tanq̃ facti corã iudice cõpetenti, alias nõ valerent, & ſic nõ põt ſeq ↄteſtatio: tñ iſta prorogatio eſt reuocabilis, quoſq; lis ſic cõteſta. vt l. ſi conuenerit. ſ. de iuriſ. om. iud. poſt litẽ verò conteſt. efficit̃ irreuocabilis. & hanc ſequitur hic Ang. Alia eſt opi. ꝙ ẽt ꝑ aliũ actũ factũ añ ↄteſt. litis inducatur ꝓrogatio irreuocabilis, ſi apparet, ꝙ per illum cõſenſerunt tantũ in iudicẽ: vt ſi reus oppoſuit exceptionem ꝓcuratoriam, vel excõicationis, vel banni, & petit ſuper ea pronũciari: nam nõ potuit poſtea opponere exceptionẽ incompetentiæ per l. ſed ſi ſuſceperit. in prin. j̃. e. iõ lex dicit, ꝙ exceptio incõpetẽtię dẽt opponi in initio ante oẽs alias: qa ſi aliæ prius opponerẽtur, iſta no. poſſet poſtea opponi. vt C. de excep. l. fi. & iſtã tenet Bar. j̃. de re iud. l.

quidam

ADDITIO.

a ¶Eiuſdem naturæ. Adde ꝙ hoc pro ſingulari ponit Ro. ſing. ſuis. fol. 1. ſed quid ſi iudex incompetens ex tacita prorogata iuriſdictione, quia proceſſus erat nullus, me abſoluit ab inſtantia iudicij, ſi conueniatur iterum, poſsit ne reus opponere declinatoriam. Gul. de Cu. in l. eum qui de conſti. pecu. tenet ꝙ non, per tex. in l. ſi quis repetere. infra ad Turpil. ita refert & ſequitur Ro. ſing. ſuis. fol. 4.

quidā conſulebant. vbi plenè examinat iſtū articulū, de quo
9 ēt plene hr̃ in c.inter monaſteriū.extra de re iudic.†Si verò iu
dex nō eſt p̄ſens tp̄e,quo partes in ipſum ꝯſentiunt: & tūc aut
erat iudex oīno incōpetēs, & ꝑ talē conſenſum non acquirit
iuriſdōnē iō partes pñt pęnitere ante lit.conte.& iſte eſt caſus
in l.ſi cōuenerit.de qua gl.hic opponit.ſi tñ̄ conuentio fuit ve
a ſtita ſtipl̄one,pōt agi ꝯ̃ pęnitentē ad intereſſe.[a] & ſi fuit appo-
ſita pęna,p̄t agi ad pęnā, ēt ſi nō fuit nuda, ſm̄ Doc.& no.de
cōpe.iud. adi.in Spe. licet Pet.dicat ꝯ̃riū: quia licet pęnitet,cū
iuriſdō non ſit prorogata, ergo non dēt incidere in pęnā.Sed
certe verū eſt, ꝙ licite pęnitet quā: ū ad iudicē,qui adhuc non
acquiſiuit iuriſdōnem,non quātū ad partē cui frangit fidē:qa
promiſit iuriſdōnē illius nō declinare,ergo &c.vt l.ſtiplō iſta.
§.alteri.ꝗ̃.de verb.obl.vbi hoc probat̃ in rōne ſui.Si aūt ille nō
erat oīno incōpetēs , licet eius iuriſdictio poſſet declinari per
obiectū exceptionis,vt in iudicib. quos hēt ſcholaris:& tūc ꝑ
ꝯuentionē ēt factā ex̃ iudiciū pōt illi exceptioni renunciari :
& ſic non poterit amodo opponi . Iſte eſt caſus in l.ſi quis in
10 ꝯſcribēdo. C.de pac. ¶†In gl.ibi,tu vero dicas indiſtincte hāc
l.loq.ſupple,tā in laicis ꝗ̃ in clericis:qa iure iſto,ēt clerici pote
rāt ꝯueniri ſub iudicib.ſecularib.vt l.cum clericis.C de epiſ.&
cle.& ſic qđ iuris erat in laicis,in clericis idē ēt erat.De iure āt
Can.quo ſunt exēpti a iuriſdōne iudicis ſecularis, & ēt de iu-
re nouiſſimo.auth.ſtatuimus.C.de epiſ.& cler.qđ iuris ſit,glo.
in hoc ſe inuoluit,& nō declarat ꝑfecte: quia non fuit bonus
canoniſta. Accurſius allegat tñ̄ iura,ex quib.patet determina
tio.Nā aut volunt prorogare in iudicē ſecularem,& non poſ-
ſunt,ēt cū conſenſu proprij iudicis.ſ.epi.& ēt cū iuro.vt in c.ſi
diligenti.ex̃ de foro cōpe.Aut volūt ꝓrogare in aliū iudicem
eccleſiaſticū,non tñ̄ ſuū iudicē : & tunc aut ille erat oīno in-
cōpetens:& non pōt ſine cōſenſu ꝓprij iudicis,& iſte eſt caſus
in c.ſignificaſti.e.ti.Aut nō erat oīno incōpetēs,vt ſi aliqs cle
ricus ſit ſubditus ep̄o,& archidiacono.nā ep̄s eſt gn̄alis,archi-
diaconus ſp̄alis , & ſi ꝯueniat̃ corā ep̄o , ex quo pōt petere ſe
b remitti archidiacono,hoc caſu pōt ſine ꝯſenſu archidiaconi[b]
conſentire in ep̄m,& hoc no.Inn.in c.dilecto.ex̃ de offi.arch.
& iſta dr̃ renunciatio fori.i.exceptionis fori quā hēt ex priui-
legio , ꝙ eſt ꝑmiſſa de iure canonico ſicut de iure ciuili .licèt
gl.hic ſentiat ꝯ̃riū.Contrahēdo vero,vel delinquendo in alte
rius diœceſi prorogat clericus iuriſdōnē illius ep̄i,ēt ſine ꝯſen-
ſu ſui ꝓprij ep̄i . qa magis dr̃ prorogatio iuris ꝗ̃ hoīs . vt in c.j.
de priuile.lib.6.iūcto c.dilectis,ſiue dilecti,extra de foro cōpe.
11 vbi caſus.¶†In gl.ibi,tunc.n.inter eos iuriſdōnem nō hēt,ſup
ple,ſed acquirit notionē. vt in l.ait p̄tor.ꝗ̃.de re iud.ꝗ̃ glo.alle-
gat,& valet cōpromiſſum tanꝗ̃ in arbitrū,qñ fit in iudicē nō
ſuū.Si aūt in propriū iudicē ordinariū,tūc non valeret,& ſic
nec iuriſdictionē acquireret,vel notionē ꝑ cōpromiſſum: qa
non valet.vt l.ſed & ſi ſeruū §.ſi iudex.de arbi. ſed ſi cōpromit
teret tanꝗ̃ in arbitratorē , bñ̄ valeret vt ibi no. in l.j. §. & poſt
operis.ꝗ̃.de no.ope.nun.& ibi vide qđ no. Bar.circa hāc mām
ꝓrogationis.& quare in clericis requirit̃ conſenſus proprij iu
dicis,& in laicis nō.¶†In gl.ibi, ex his ꝗ̃ proceſſerūt inter eos.
12 No.iſtā glo.quæ ſemper allegatur,& inducitur ad q.qñ fuit cō
promiſſum in aliquem tanꝗ̃ in arbitrū, & arbitratorem qua-
liter cognoſcet̃,an pronūciauerit vt arbiter, an vt arbitrator.
effectus.n.eſt magnus . Quia primo caſu ſtandū eſt ſniæ metu
pęnæ,ſiue ſit æqua,ſiue iniqua. vt ſ̃.de arbi. l. diem proferre.§.
ſtari.nec petit̃ reduci ad arbitriū boni viri de iure ciuili , licet
cano. dicant ꝯ̃rium. ſcđo caſu ſecus : qa reducitur ad arbitriū
boni viri.vt l.ſi ſocietatē.§.arbitrorū.ꝗ̃.pro ſoc. & breuiter al-
c legat̃ iſta gl.ꝙ cognoſcit̃ ex mō ꝓcedēdi:[c] qa ſi corā eo datus
fuit libellus,& lis conteſt. & proceſſum fuit ſicut corā iudice,
cenſetur elegiſſe viā arbitri in ꝓnunciādo, & in procedendo.
ar.l.j.ſ̃.de arb.ſi vero ſine ordine iudiciario, tūc viā arbitrato-
13 ris.de hoc in Spec.de arbi.§.ſi. ver.ſed nunquid. †Solet tñ̄ fieri
cōpromiſſum, ꝙ in procedēdo poſſit vt arbitrator, ſine iudi-
ciario ordine,ſed in ſententiando de iure tm̄. & tūc cēſeretur
ſnīa lata ab arbitro:quia arbitrator pronunciat de facto,ꝓut
14 ſibi æquum vr̃.†Item ſciat,ꝙ licet iure ciuili non poſſit com-
promitti in propriū iudicem ordinarium, tanꝗ̃ in arbitrū,ne
fiat iniuria iuriſdictioni ordinariæ.vt ſ̃.dixi.Can.tñ̄ tenēt ꝯ̃riū
non curantes de hoc.vt hr̃ in c. ex parte. extra de arbi. & per
15 gl.& Inn.ibi.¶†Vltimò circa iſtam glo.quæ tractat de clericis
quęritur, quid in clerico exempto a iuriſdictione ſui Ep̄i , vt
in Abbate exempto, ꝙ ſubeſt immediatè Papæ, an poſſit pro-
rogare iuriſdōnem Ep̄i, a qua exemptus eſt ſine licētia Papę :
fuit qō diſputata, ꝗ̃ ponitur in r̃la ſcienti in mercu. ꝑ Io.And,
16 & ibi vide multa bona circa iſtā mām. ¶†In gl. ꝗ̃ incipit , ſed
ordinarie,ibi hēt delegatā iuriſdōnem:& ſic vult iſta glo.ꝙ iu
riſdō delegata poſſit ꝓrogari ſicut ordinaria, qđ eſt verum de
tp̄e ad tp̄s.vt ꝗ̃.l.proxi. §.ſed & iudex. & de re ad rem. vt ꝗ̃.e.tit.
l.de qua re.& in c.cū olim.ex̃ de offi.deleg.& de loco ad locū.
vt in c.ſtatutū.§.illo.de reſcrip.lib.6.non de perſona ad ꝑſonā.
vt in c.p.& g.extra de offi.deleg.& no. Cy.in l.ſi quis ex cōſen-
ſu.C.de epiſ.aud.& aſſignat rōnē:qa iuriſdō illa eſt limitata re
ſp̄ū ꝑſonarū ꝯtētarū in reſcripto , & ſic nō pōt extendi.vt l.in
agris limitatis.ꝗ̃.de acqui.re.do. ſed Ang. dicit, ꝙ ēt ordinaria
eſt limitata reſp̄ū ſubditorū tm̄.vt l. extra territoriū.ſ̃.de iuriſ.
om.iud.& tñ̄ pōt extendi.vt in hac l.ideo tenet ipſe idem in de
legata de iure ciuili per hanc gl. relatam ad tex. qui loquitur
de prorogatione de perſona ad perſonam : & dicit illud cap.
loqui.de iure cano. & ſic ipſum ſeruandum in terris eccleſiæ,
non in terris imperij.Sed hoc eſt male dictum,ſalua pace ſua,
qa immo ꝯcluſio eſt,ꝙ idem ſit de iure ciuili.nec eſt bona ar
gumētatio ſua;qa licet ordinaria iuriſdictio ſit limitata reſp̄ū
ſubditorū,dr̃ tñ̄ vniuerſalis.ſed delegata dr̃ particularis.& vni
uerſitas facilius recipit incrementū ꝗ̃ ſingularitas . vt l.fi.ꝗ̃.de
fun.inſt.& l.ſi grege.ꝗ̃.de lega.j.& quod nota in l.ſi ita.ꝗ̃.de au.
17 & argen.leg.†Item ordinaria eſt fauorabilis,qa non tendit in
præiudicium alicuius.ſed delegata dr̃ odioſa: quia tēdit in de-
rogationem ordinariæ.vt no.gl.in cle.vnica. de off.deleg.& in
c.ſi Papa.de priuil.ante fi.in gl. quæ incipit,ſed ſunt,ergo,&c.
vt in c.odia.de reg.iur. lib.6. Item ſi delegata poſſet prorogari
de perſona ad perſonam , poſſet de facili exinaniri ordinaria
iuriſdi.quia oēs ſubditi confluerent ad illum delegatū,ſi eſſet
eis acceptabilis. non ſic poſſet cōtingere in ordinario,vt licet
poſſit prorogari per perſonas extraneas reddatur inanis iuriſ-
dictio alterius ordinarij:quia non ſic de facili ſubditi vnius or
dinarij vadunt ad locum alterius ordinarij, ſicut irent ad dele
gatum eiuſdē loci.& iſtæ rationes conſueuerūt aſſignari qua-
d re delegata nō poteſt ꝓrogari de perſona ad perſonā.[d] ¶†In
18 gl.ibi,vt iudices chartularij, ideſt notarij, qui etiā ſunt iudices
ordinarij ex nā officij,& ita ſe appellant in ſubſcriptionib. eo
rū . Sunt tñ̄ ſine adminiſtratione : quia non reddunt ius inter
hoīes,& ſic habent eā in habitu nō actu. vult iſta gl. ꝙ poſſit
e prorogari[e] de habitu ad actum,quod no.quia ſemper allega-
tur.& ita no.in ſimili ꝑ Inn.in c.prudentiā extra de of. dele. ꝙ
prorogatio vr̃ poſſe fieri ēt per ignorantē:& ſic per taciturni-
tatē ſm̄ Inn.ibidē.& vr̃ eſſe glo. in l.proxi. §.j.quæ incipit,ſed
quid ſi ſcholaris. & de his iudicib. chartulariis hr̃ ēt per gl.j.l.
rē nō nouā.C.e.& in l.fi.vbi.& apud quē,& vide ēt,qđ de ipſis
19 no.Bar.C.de ſac.ſan.eccl.l.iubemus.§.ſanè.¶†In fi.gl.ibi,vt qa
iuriſdictionē hēt . ſupple dūtaxat ſine imperio , vt ſunt magi-
ſtratus municipales.& iſtam ēt tenet Inn.in c.de cauſis.de off.
deleg.ꝙ poſſit prorogari iuriſdictio,non ſolū illius,qui habet
eam plenam cū imperio mero, & mixto, ſed ēt illius,qui hēt
20 ſemiplenam,vt ſimplicem iuriſdictionem.¶†In gl.fi.ibi,cum
hæc ſpecialiter demandetur.Vnde ſicut non poſſunt in alium
transferri ꝑ delegationem,vt l.allegata in gl.ita nec ꝑ ꝯſenſū
partiū:& hāc partē vr̃ tenere Inn.& Spec.in tit.de comp.iudi.
adi.§.j. ver.ſed nūquid in iudicem alterius iuriſdictionis in cā
criminali.pro quo facit,ꝙ in eis vertitur intereſſe publicū,cui
partes nō pñt derogare,vt l.iuriſgentiū. §. ſi paciſcar.ſ̃.de pac.
ſi.n.poſſet prorogari, ſequeretur ꝙ ſi vnus Paduanus cōmiſiſ-
ſet hic maleficium,dubitans hic puniri, iret Vicentiā, & face-
ret ſe ibi accuſari,& conſentiret in ꝑtātem Vicentinū,ad finē
vt abſoluatur,vel in modica pęna condēnetur,& ſic fieret in-
iuria reip. Paduanæ cuius intereſt delicta ibi cōmiſſa puniri.
vt l.ſi a reo.§.illud quod vulgo.infra de fideiuſ.& l.ita vulnera
tus.ꝗ̃.ad l.Aquil.Itē ſi pęna eſſet pecuniaria,nō applicaret̃ ca-
meræ Paduanæ ſi eſſet ibi condēnatus.gl.tm̄ infra determinat
ꝯ̃riū,per l.j.C.vbi de cri.agi opportet. & ita ēt no.in l.inter cō-
uenietes.ꝗ̃.ad municipales.& ad l.Cor.de ſica.l.j.ī gl. qualiter.
& ad l.Flauiam de pla.l.non valet.& vr̃ cōis opi. ſed ad rōnes
factas in ꝯ̃rium non rñ̄det.Vñ̄ dic ꝙ pōt prorogare in ſui pręiudiciū non in p̄iudiciū huius reipublicæ. vñ̄ ſi fuit ibi abſolu
tus:iterū hic poterit puniri, & accuſari , quaſi videatur collu-
ſum.vt l.ſi cui.§.hr̃dē.ꝗ̃.de accu.Si aūt cōdēnatus: tunc aut pę
na corporali,& debita , & amplius non accuſabitur, ne deli-
cto eodē pluries inquiratur, vt l.pe.§.fi.ſ̃.nau.cau.ſtabu.Si aūt
ad pęnā pecuniariā vel nō debitè fuerit punitus, non tenebit̃
iudex

ADDITIONES.

a ¶Ad intereſſe.Intellige ſiue ſit damni emergentis,ſiue lucri ceſſantis.cum vtrū-
que veniat in obligationibus facti. l.ſtipulationes non diuiduntur. §.Celſus.ꝗ̃.de
verb.oblig Curt.

b ¶Archidiaconi.De hoc in ſpecie,vide per Abb.conſ.27.lib.2.

c ¶Ex modo procedendi.Adde tu,ꝙ in dubio cenſetur.vt arbitrator,ita Bal.Ang.
& ibi do.Ale.de Imo.in l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ꝗ̃.de leg.j. Et dicit hoc ſingulare
D.Ioan.de Imo.in l.nemo pōt.conſ.9.infra eod.titu.ff.de leg.j.& Pet.de Anch.
tenet in cle.ſæpe.de verb.ſign.& Ang.in ſua diſpu.incip.duo ad iudicem litigan
tes.col.pe.dicens ꝙ ita ſeruatur in practica, referendo D.Ale. de Imo.in conſi.
ſuo 13.col.4.ver.vel poſito in j.vol.duplicatum.eod.volum.& conſ.96.& idem
etiam tenet in conſ.19.col.2.verſ.præterea fortius. in 4.volu.Curt.

d ¶De perſona ad perſonam.Et adde tu qñ poſſit prorogari de perſona ad perſo-
nam,vide per Bal.in l.ſi quis ex conſenſu.C.de epiſ.audi.& per D.Maria.Soc.la-
tè in c.ſignificaſti.argu.4.q.6.de foro compet.Curt.

e ¶Prorogari.In hac materia,vide Ange. conſ.162. & de multiplici prorogatio-
ne.vide eundem conſ.93.Et vide latè per D. Maria. Soc.in d.c.poſtulaſti. art.4.
q.10.de foro compe.Curt.

iudex Paduanus habere ratũ,qđ factũ eſt de quo vide,qđ no.
21 in addi.Spe.tit.de cõpe.iud.adi.¶†In Vltimo ſcias,ꝙ ĩ ſpiritua
lib.nõ hẽt locũ prorogatio iuriſdõnis, quãtũ ad poteſtatẽ ab-
a ſoluendi,[a] vel excõicandi,cũ iſta ꝓcedãt a ſolo Deo,vt no. Ar
22 chid.in c.quoties cordis oculus.j.q.vij.&†Inn. ex̃ de off.deleg.
c.de cauſis. Itẽ iſta l. loquitur qñ ambo litigantes ſciebant iu-
dicem incõpetentẽ . quid aũt ſi alter tñ? dic, vt no. in l.ſi per
errorem.ſ.de iuriſd.om.iudi.& in Spec.loco.ſ.allega.ver.quid
ſi duo adeant.& per Cy.in l.ſi quis ex cõſenſu. C.de epiſ.audi.

ADDITIO.

a ¶Abſoluendi.Hoc an ſit ſimpliciter verum, vide per Old.conſi.73.in fi.

LEX II.

1 *Errans in facto vel in iure quando non dicatur conſentire.*
2 *Caſus in quo error iuris, & error facti comparantur.ſ.quo ad impediendã prorogationem iudicis,ſed in multis aliis differunt,& in quibus.*
3 *Si partes errauerunt a principio,poſtea inceperunt ſcire iudicem incompetentem,& tamen continuarunt litigare coram eo,quòd acta valebunt.*
4 *Si non apparet an ſciuerint vel ignorauerint, inſpicitur ſi ſit ruſticus, vel idiota,vt præſumatur ignoraſſe, vel ſciuiſſe.*
5 *Contumax licet habeatur pro præſente,et conſentiente,& eſt cauſa in qua poteſt procedi ſummariè, & de plano, tamen abſens contra quem fuit proceſſum ad diffinitiuam per iudicem incompetentem non habetur pro præſente,& contumace,nec dicitur conſentire.*
6 *Caſus in quo conſenſus coactus non dicitur conſenſus: licet regulariter ſit ſecus.*
7 *Coactus facere,non dicitur ille cui iudex aliquid iubet, niſi ipſe reſiſtat iubenti,& dicat ſe non teneri hoc facere.*
8 *Iudex niſi iubeat ſubdito,tunc eius compulſio idem operatur quod compulſio priuati.*

1 COnſenſiſſe autem. † Qui errat in facto, vel in iu-
re,nõ dr̃ ꝯſentire quãtũ ad prorogãdã iuriſdõnẽ:
nec ẽt q cõpulſus eſt litigare corã ſuo iudice, etiã
ciatus alterius fori, nō pōt propterea in cauſa illa
declinare forū primi iudicis citātis.h.d.& ſꝑ allega
tur & ɔcordat.c. propoſuiſti. ex̄ de foro cōpe.& ſic additur fo-
rus foro, nō aūt mutat̄ quātū ad illā cām, ſicut in ſimili no.in
2 c.fi.de excep.lib.6.per Doc.¶ †In tex.ibi, in ius vocatus eſt.nō
ergo ſufficit fuiſſe ſimpl̄r libellū ɔ̄ eū porrectū in actis, niſi ſe
cuta ſit citatio: quātum ad hoc, vt videatur p̄uentus, q̄a ꝑ hoc
non inducitur litis pendentia. vt no.gl. in l.j.de in ius voc.nec
ſufficit ꝙ facta fuerit cōmiſſo nūcio, niſi ēt ſit executioni mā
3 data ꝑ eū, ar.ff.de acqui. poſ. l.q abſenti.§.ſi qs.ſm Bal.†nec ēt
ſufficit, ꝙ nūcius ipſum ſine cōmiſſione citauerit. arg.s.de re-
qui.re.l.neminē, niſi ex forma ſtatuti, vel ɔſuetudinis ɔ̄riū in-
ducat̄, ꝙ nūcij curiarū poſſint citare ſine cōmiſſione. vt no.ī
4 c.qm̄ ɔ̄ falſam.ex̄ de proba. †non tn̄ reqrit̄ relatio nūcij, quā-
tū ad ꝑpetuandū iuriſdictionē.ar.ff.de dona. inter vi.l.ſi ſpon-
a ſus.in prin.licet reqrat̄ quo ad hoc, vt iudex ꝓcedere poſſit[a]
ɔ̄ eū, tāquā citatū iux.no.ꝑ Bar.ff.de ɔdi.& dem.in l.multum.
5 ſm eūdē Bal. †Talis aūt relatio fieri pōt vtraq; parte abſente,
cū ſit quædā executio, vt no Bar.in l.Theopom.ff.de dote præ
leg.& adde qđ idem no. C.de col.fan. patrimo.l.Palatinos.&
l.ſi finita.§.Iulia.ff.de dam.infec. ꝑ Bar.in 6.col.bn̄ m̄ reqrit̄ ꝙ
citatio ſit valida: alias nō perpetuaret iuriſdōnē. vt no. in l. ſi
pater. C.ne de ſtatu defun.& in ca.cum plures. de offic.deleg.
lib.6.in glo.& ꝑ Arch.2.q.5. c.non ita.vt ſi fuiſſet facta tpe fe-
riato: qđ Bal.intelligit.ſ.in honorem Dei.ſi aūt ob neceſſitatē
hoīum tenet citatio, dato ꝙ non ſit iuſta comparitio, vt l.j.s.
de feriis: qđ patet: q̄a ſi cōparet, & de feriis nō opponeret, va-
leret proceſſus ad perpetuandū iuriſdōnem.quia ſufficit ꝙ ſit
actus aliquis potentialiter. arg.de iniuſto teſta.l.cum in ſecun
do: ſm Bal. & Oldr.ſi ergo pronūciaret̄ proceſſus nullus, poſ-
ſet iſte de quo hic, opponere declinatoriā fori poſt primā ci-
tationē nouit er acquiſitā: q̄a non ob.citatio nulla ꝑ l.hos ac-
cuſare.§.hoc bn̄ficio.ff.de accu. licet non ſic in eo q ſcienter li
tigando corā incōpetenti iudice iuriſdictionē eius prorogaſ-
ſet: q̄a ēt ꝑ proceſſum prorogat̄: cū ēt ibi ſit voluntas partis q̄
prorogat.vt l.j.& ij. s.eo. & iō licet pronuncietur ꝓceſſus nul-
lus: ſi poſtea corā eo ɔuenit̄, nō pōt allegare iudicis incompe
tētiā.arg.in l.ſi qs repetere.ff.ad Turpill. ita elegāter glo.hāc le
6 git Gul.de Cu.in l.eū qui.in prin.§.j.ff.de conſtit.pec. †An aūt
habeat locū hæc l.ſi quis primo citatus eſt ab ordinario, & po
ſtea impetret vel ɔ̄ eū impetret̄ iudex delegatus? vide qđ no.
Bar.in auth.qua in prouincia. C. vbi de crimi.agi opor.& l.2.
C.vt lit.pen.¶In tex.ibi, ius reuocādi forū non habebit: nocet
ergo ſibi hæc p̄uentio in hoc: ſed certè ēt prodeſt, vt ſi conue-
niat̄ corā nouo iudice poſſit illius forū declinare, & petere ſe
remitti ad primū iudicē, vbi lis inchoata vr̄: ꝑ l.vbi cęptū.ff.e.
& idē ſi a principio erāt duo iudices ordinarij, quorū quilibet
habebat iuriſdōnem in ſolidū, vt ſit locus p̄uentioni: vt s. de
offi.cōſul.l.j.& facta citatione ab vno verbali, vel ēt ꝑſonali ꝑ
capturā ꝑſonæ alter ſe impedire nō poſſit ſtatim. & s.de ꝓcu.
l.plurib.& ſi ɔfaciat nō valeat, tāquā ſit iudex incōpetens.Vn̄
pōt primus illi inhibere, vel intimare p̄uentionem. vt no.in c.
tuā.extra de ord.cog.& ſi nō eſſet facta intimatio fortè ꝑp iu
ſtam ignorantiā, valeret qđ ageret ſecundus, ar.s.de off.p̄ſi.l.ſi
7 fortè.& c.duob. extra de app. † Prædicta tn̄ vera ſunt qn̄ cita-
tus compareret coram primo citante: ſecus aūt ſi cōtumax eſt:
quia ſicut coram primo non auditur nec gaudet illo ꝓceſſu
niſi refundat expēſas. C.e.l.ſancimus, ita & coram alio iudice
nō pōt ſe iuuare de illo proceſſu allegando litis pendentiā, &
petēdo ſe ad illū iudicē remitti, niſi fortè purgaret contuma-
ciā.& hoc no. Bart. elegāter & plene.ff.de ſepul.viola.l.ſepul-
chri.vbi oīno vide. Fallit ēt in crīe hæreſis in quo ſi mille eſ-
ſent iudices, nullus p̄occupat viā alteri.vt in c.vt offm̄ de hær.
li.6. Prodeſt & p̄occupatio iſta ad ꝑpetuādā iuriſdōnē iudicis
8 delegati.vt c.gratū.& c.relatū.de off.deleg.†Et p̄dicta allegant̄
ad q.de illo q poſt delictū cōmiſſū, & citationē ſclaris iudicis
b effectus eſt clericus: an poſſit declinare forū iudicis ſclaris.[b]
quā plenè vide ꝑ Bar.in l.j.ff.de pę.& per Io.Andr.in nouella.
in c.j.de obl.ad rōcinia.& tetigi.in l.fi. s. ſi ex noxa.cā agatur.

ADDITIONES.

a ¶Procedere poſſit.An relatio nuncij requiratur ad perpetuandum iuriſdōnem.
b ¶Secularis vide Old.conſi.4.
¶Vide omnino d.Hyppo.ſuo ſing.613.ad hanc legem.
¶De materia glo.vide Corſ.notabili, do tibi pulchras.fol.10. tergo.vbi ſequitur Inno.de quo ſupra proxime.

LEX VIII.

1 SI quis in legatione. ¶ † Qui ſimpl̄r conſtituit ſe ſo-
luturum quod prius non debebat, non pōt ɔueni
ri, niſi in loco in quo poterat an̄ cōſtitutū: q̄a con
ſtitutum, tāquā acceſſoriū ſequit̄ nām principalis debiti h.d.
ſm verum intelł'm: & tunc non obſtat ɔ̄riū difficile formatū
in glo. de l. eū qui. §.i. ff.de conſti. pecu. quia hic in legatione
exiſtens conſtituit ſe ſoluturum ſimpl̄r, non dicendo in quo
loco: ideo non ſortit̄ ex hoc forū in loco legationis, nec per-
dit priuilegium reuocandi domū: ibi vero expreſsè dicit ſe
ſoluturū Romę vbi erat legatus, & tunc perdit priuilegiū re-
uocandi domū.Hæc eſt vera ſolutio, q̄ ēt ponit̄ in l.ɔ̄tria in iij.
ſolone gl.reiectis oīb.aliis, & ſic tā iſta l. q̄ ille §.loquuntur in
debito prouinciali, ideſt in prouincia ɔ̄cto vel ēt Romæ, ſed
an̄ legationē: nā & in illo hēt priuilegiū, vt s.eo.l.2.§.oēs.ver.
exceptis.niſi iterū ɔſtituat ſe ibi ſoluturū exiſtēs in legatione,
quo caſu ꝑdit vt in illa l. cū qui.§.j. ¶In tex.ibi, ſi quis in lega-
tione, ſupple exiſtens.non intelligas ꝙ conſtituerit ibi ſe ſolu-
turū, immo conſtituit ſimpl̄r ſe ſoluturū.vn̄ regulatur ſecūdū
nām primi debiti. & ſic ſicut pro illo non poterat ibi cōueni
ri cū effectu, ita nec pro iſto.facit ff.q pot.in pig.ha.l.3.in prin.

LEX IX.

2 *Inſulæ Italiæ dicuntur quæ vltra, c.miliaria non diſtant ab Italia: & an etiam vltra ſi non ſit propinquior alteri prouinciæ, vel alteri inſulæ al terius prouinciæ, & dicuntur pars Italiæ.*
3 *Domini Veneti, & Genuenſes & alii habentes portū dicuntur habere iuriſdictionem, & imperium in toto mari ſibi propinquo per c. miliaria.*
4 *Portus inſulæ dicuntur pars inſulæ.*

1 INſulæ Italiæ pars. Pręmitte hic, ꝙ
præerant p̄ſides,
ſed Italiæ præerant quidam qui dicebantur corre-
ctores, qui habebant eandem iuriſdictionem in
tota Italia, quam præſides in prouinciis, & quam prætores
habebant Romæ.vt s.de offi.pręſi.l.ex omnib.cauſis.expedie-
bat ergo ſcire, an talis corrector haberet iuriſdictionem in in
ſulis prope Italiā, vt in inſula Siciliæ, Corſicæ, & Sardiniæ.dr̄
hic ꝙ ſic: quia ſunt pars Italiæ. Et eodē modo inſulæ propin-
quæ aliis prouinciis dn̄r pars illarum prouinciarum & præſi-
des earum habebāt Iuriſdictionem in eis ſicut in terra firma.
2 †Dicunt̄ aūt inſulæ Italiæ, quę vltra centum miliaria non di-
ſtant ab Italia, & quę non faciunt vltra duas dietas per mare.
ar.de reſcript. cum non nulli.ita determinat Bart. in tractatu
de inſula. & ēt ſi diſtat vltra centum miliaria ab Italia: tn̄ non
plus diſtat ab inſula Italiæ q̄ protrahatur inſula ab Italia, vt
inſula Sardiniæ, quæ eſt propinqua inſulæ Corſicæ, q̄ inſula
non diſtat vltra cētum miliaria: licet inſula Sardiniæ magno
fretu diſtet, ſed non ab inſula Corſicæ. ar.ff.de acqui. rer.do.l.
pen.§.Pau.reſpondit.& l.inſula. ſm Bar. in eodē tractatu.Sed
Ang.dicit ꝙ ſi diſtat vltra ēt centum miliaria, ſi tn̄ non eſt pro
pinquior alteri prouinciæ quàm Italiæ, dicit pars Italiæ, & ei
accedit per l.vnicā.C.de claſſi.li.xj. quam Bar. ibi dicit nō eſſe
3 alibi.¶Et per hanc l.dicunt Doc.†qđ dn̄i Veneti, & Genuen-
ſes, & alij habentes portum dicuntur habere iuriſdictionem,
& imperium in toto mari ſibi propinquo ꝑ cētū miliaria ſm
Bar.vel ēt ultra ſm Ang. ſi non propinquant alteri ꝓuinciæ.
a & ſic poſſunt dn̄i Veneti animaduertere in piratas[a] ibi depre-
henſos.s.ita dicit Bar. fuiſſe ſeruatum Piſis tēpore ſuo de con
ſilio ſuo, & dn̄i Frāciſci Tigrini.& adde eodē modo, & multo
4 fortius † ꝙ portus inſulæ dicitur pars inſulæ, & deprehenſi in
portu committentes maleficia, licet ſtent in aqua, & non in
terra, ſubiiciuntur iuriſdictioni præſidentis inſulæ. ut l.Cæſar.
ff.de pub.& in d.l.vnica.C.de claſſicis.

ADDITIO.

a Piratas.De dn̄io Venetorū quod hn̄t in mari.vide per eundem Ang. conſi.289.

LEX X.

1 *Deſiſtere a lite quomodo dicatur.*
2 *Statutum ſi imponat pęnam deſiſtenti a lite, duo debent probari, vt pęna locum habeat.*
3 *Aliud eſt differre, aliud vero deſiſtere, vel deſerere.*
4 *Habens iuſtam cauſam litigandi, ſi poſtquam ſuperuenit ſcientia, quòd nō fouet iuſtitiam, vt per oſtenſionem inſtrumentorum, vel per teſtes ſtatim cedat liti non condemnatur in expenſis, & ſi hoc non faceret, con demnabitur in expenſis, quæ poſtea fierent.*
5 *Actor quare nunquam excuſatur ab expenſis.*
6 *Actor vel accuſator non poteſt renunciare liti inuito aduerſario ſi aduerſarius prætendit intereſſe.*

1 DEſtitiſſe is videtur. Deſiſtere a lite
non dr̄ ꝓprie,
niſi ille qui ex toto renunciat, & niſi lis ſit impro-
ba, & calūnioſa. ſi aūt nō ex toto, dr̄ potius differ-
re, quā deſiſtere, & ſi nō erat īproba nō dr̄ deſiſtere, ſed differ-
re.h.d.in effectu, & rō eſt, q̄a verbū deſiſtere ſonat ī malā par
tem, quia regulariter deſiſtens punit̄, ſed differens non. Nam

primus incidit in Turpillianum, vt ff.ad Turpilli.l.qui deſiſtit.
2 licetlargo modo,qui litē deſerit dicatur deſiſtere.†Et hoc no
ta. & tene menti.ſi ſtatutū imponat pœnam deſiſtenti a lite,
qa neceſſe eſt ꝓbare duo,vt pœna locū hēat.ſ. ꝙ renunciaue
rit ex toto liti,ſupple expreſſe vel tacite, quia fuit ſib aſſigna-
tus terminus ad proſequendū,& non fuit proſecutus. de quo
vide in l ſi ea.C.qui accu.non poſ.& in l.Titia.ff.de accuſ.ꝙ il
la lis erat improba & calumnioſa,alias verba ſtatuti nō veri-
3 ficarentur in eo per hanc.l.ſingularē. ¶ † In tex.ibi,qui diſtu-
lit.aliud eſt ergo differe aliud deſiſtere , vel deſerere,& ideo l.
edita.C.de eden.in quātū loquitur de mutatione dicit, ꝙ qui
mutat libellum tranſeūdo de vna actione ad alterā deſiſtit a
j.ex toto,& inhæret ſecūdæ,non tñ corrigiť per tex. in authē.
qui ſemel.C.qūo & qñ iudex,quia ibi loquitur in differente,
ſm Ang.& bñ,& ſic adhuc hodie habet locū l.edita,vt poſſit
actor mutare & corrigere libellū prout edicti ppetui mouet
authoritas &c.non obſtante illa auth.quæ prouidet ꝯ differē
tem.¶In tex.ibi,plane.intellige iſtum ver.in reo. præcedentē
vero tex.in actore. Nam ſi reus conuenitur ex ꝯctu paterno
de quo iuſtam ignorantiam prætendere pōt,vt in c.qui in ius
alterius. de reg.iur.lib.6.ſi negat debitum, & litem proſequi-
tur non vr̄ improbam litē inſtituiſſe quo ad ſe, ſi poſtea oſtē-
datur inſtr̄m debiti , ex quo apparet ꝙ reipſa eſt improba , &
ſic nolens in ea perſeuerare ſi liti cedit , non dr̄ deſiſtere,ſed
differre. ideo non puniť in expenſis pp iuſtam cām litigandi.
4 Vnde†Bar.per iſtam l. & l. ſiquis inficiatus.ff.depoſi.dicit eſſe
aſſūmendam notabilem practicam,vt ille qui habuit iuſtam
cām litigandi non cōdemneť in expenſis,ſi poſtea ſupueniat
ſcientia ꝙ non fouet iuſtitiam per oſtenſionem inſtrumēto-
rum vel teſtium depoſitiones,quod ſtatim cedat liti,& ſi hoc
nō faceret condemnareť in expenſis, quæ fierent poſt,non in
5 his quæ fuiſſent factæ ante.† Actor vero nunquam excuſať ab
expenſis,ēt ſi videatur habuiſſe iuſtam ignorantiam,quia de-
buit perquirere,alias puniretur tanquam temere litigans,nō
tanquam calumniator,vt l.eum quem temere.ff. eod.ſed vt ī
cidat in pœnam Tupillianam requiritur ꝙ fuerit calumnia-
tor.vel ꝙ deſtiterit ſine abolitione, vt in legibus hic allegatis
6 in gl.†Sed an poſſit actor vel accuſator renunciare liti inuito
aduerſario?dic ꝙ non,ſi aduerſarius prætendit intereſſe. ut in
caſu l.vtiq;.cum ibi no.ff.de rei ven.& l.fallaciter.C.de abo.&
quod no.in l.ſi quis libellos.C.de appel.

LEX XI.

2 *Litigans cum monaſterio, ſi lite pendente efficiatur monachus illius ſolui-
tur iudicium.*

1 SI a me fuerit arro. ¶†Iudicium ſol-
uitur ſi antequā
finiatur perueniat ad caſum a quo non potuit
incipere.h.d.ſed de hoc brocar.vide Bar.poſt Dy.
2 in l.pluribus.§.& ſi placet.ff.de verb.oblig.† & per
iſtam legem patet,ꝙ ſi litigans cum monaſterio lite pendēte
efficiatur monachus illius ſoluitur iudicium.facit.l.mulier.ff.
ſolu.mat.& l.ſi conſtante.§.fi.c.ti.

LEX XII.

2 *In officio publico commiſſo plurib.quod quibuſdam probibetur cæteris vi-
detur permiſſum,& quando debeat vnus ſubrogari loco alterius.*
3 *In priuatis officiis,ut in plurib.procuratorib.uel executorib. vltimæ volū
tatis non habet locum ſubrogatio, ſi vnus remoueatur vel decedat.*
4 *Conceſſum uni ꝙ videatur aliis inhibitum.*
5 *Si ſuper damnis datis conſtituatur nouus officialis, vtrum cenſetur adem-
pta iuriſdictio poteſtati ſuper illis, qui habet generalem in omnib.*
6 *Coniuncta perſona non poteſt agere pro coniuncta abſente ſi reperitur ꝙ di
miſit procuratorem,& ille procurator agat.*

1 CVm prætor vnum. † Cum prętor,
ſupple q delega
uit cauſam plurib.& poſtea vetat vni,ꝙ ſe nō im-
pediat,nā vr̄ qđ nec alii poſſent ſe amodo impedi
re ſicut ſi ille eſſet mortuus,quo caſu expiraret officium om
nium, & ſine noua delegatione non poſſent ſe alii impedire,
vt in c.vno delegatorum.extra de offic.delega.ſed aliud eſt qñ
vnus moritur , aliud qñ ſuperior qui delegauit , iubet delega-
tum,quia tunc cenſetur velle ꝙ alii ſine illo expediant , nec
eſt neceſſaria noua delegatio, vt eſt hic caſus ſingularis,quod
2 perpetuo tene menti.†& idem vr̄ in quolibet officio pub.cō-
miſſo plurib.ita ꝙ omnes ſimul habeant intereſſe, & vnus ſi
ne alio non poſſit, vt ſi committens vel committens poſtea
vnum illorum priuet officio,vel ipſum remoueant , vel ſibi
inhibeant ꝙ ſe non impediat, poterunt alii ſoli expedire , &
ſic accreſcit eis totum officium,qđ diligenter no.licet ſecus,ſi
vnus ipſorū mortuus eſſet,vt dictū eſt. ¶Sed ꝯ ꝙ immo alius
debeat ſubrogari loco illius, & ꝙ ante ſubrogationē alii non
pñt ſe impedire,vt l.ſi qs ſub ꝯdōne ff.de teſta.tute.ſed ibi ī plu
rib.tutorib. quorū qlibet hēt officiū inſolidū & iō licet vnus
remoueať,nihilominus pñt alii exercere officiū ex nā officii,
& nihilominus alius ſubrogať loco remoti, & ſic nō differtur
propterea pp ſubrogationē fiendā. Nos loquimur qñ oībus
ſimul fuit cōmiſſum officiū, & alter ſine altero non poterat,
& ſi expectareť ſubrogatio impedireť interim officiū. vñ fa-
teor ꝙ pōt alius ſubrogari.vt ff.e.l.ſi longius. nihilominus añ
ſubrogationē alii poterūt procedere ꝑ hāc.l. & hoc in officiis
3 publ.†In priuatis vero nō hēt locū ſubrogatio , vt ſi moueať
vnus ex plurib.ꝓcuratorib.nā iudex aliū nō ſubrogat.& idem
ſi vnus ex plurib.executorib.vltimæ voluntatis decedat.ad qđ
vide Bal.in auth.hoc amplius. C. de fideicommiſ.& in l.cum
4 magiſtratus.C.qñ procura.nō eſt neceſ. † Et gl.dicit hic idem
ecōtrario,vt id qđ cōcediť vni cēſeať aliis inhibitum,qđ facit
5 ad qōnem. †ſi ſuper damnis datis ꝯſtituatur nouus officialis,
a vtrū cēſeť adempta [a] iuriſdictio ſuper illis Poteſtati qui hēt
iuriſdictionē generalē in oībus?& facit hæc glo.ꝙ ſic.ſed ꝯriū
vr̄ in tex.in l.j.C.de of.ꝑfect.vr.Ang.hic tenet primā partē , &
dicit illa.facere potius pro ea.quia niſi illa lex hoc diceret ex-
preſſe ꝙ nō cēſeať adempta,cenſereť adempta.Cōiter Docto.
vñr aliter ſentire fauore publico pp quē datur iuriſdictio plu
ribus licet pro iſta parte facit c. vt officiū. de hæret.lib.6.ꝑ lo-
cum a ſpāli.tetigi.de hoc in l.ſi qs cū procuratorio.§.fi.ſ.de ꝓ
6 cura.†Et per iſtam glo. ēt dicit Spe.ꝙ coniuncta perſona non
pōt agere pro cōiuncta abſente,ſi reperitur, ꝙ qñ ſe abſenta-
uit dimiſit procuratorem.per hoc.n.vr̄ aliis inhibuiſſe,& cō-
iuncta perſona non pōt agere ꝯ voluntatem, licet præter vo-
luntatem poſſit.vt ſ.de procu.l. Pompon.in fi.ad quod facit l.
maritus.C.e.ti.de procu.vt ipſe no.in tit.de coniūcta perſona.
Tu dic hoc verum ſi ille procurator agat vel agere intendit,
alias perinde eſt,acſi nō eſſet datus, vt ff. e.l.ſi longius.§.ſi fili⁹
vbi hoc probatur.Debet ergo requiri ſi opponatur ꝯ coniun
ctam perſonam ꝙ agere non pōt pp hanc cām.tene menti.fa
cit l.filius.§.ſed & filia.de proc.

ADDITIO.

a ¶ Adempta.uide Bar. Soci. conſi.mihi.77.vbi late de hac materia,nondum ta-
men impreſſa ſunt,ſed breui imprimentur.

---

2 *Sicut per conſuetudinem datur iuriſdictio nō habenti, ita & poteſtas dele
gandi non habenti.*

1 §.Iudices dare poſſunt. † Iudices ordina-
rij, & ēt delegat⁹
procōſulis,& multo fortius principis,itē illi quib.ex ꝯſuetudi
ne ꝯpetit,pñt delegare cās ad eorū iuriſdictionē ꝑtinētes. h.d.
vſq; ad ver.nō aūt.¶In tex.ibi,vel Senatuſcōſulto ꝯcediť,ſup
ple iuriſdō.& iſta eſt ordinaria,qa dať a l.vt ſ.de iuriſd.om.iu.
l.more maiorū cum l.ſeq.¶In tex.ibi,cui mādata eſt iuriſdō.
reſtringe hoc ad mandatū procōſulis. & quod dr̄ hic in lega-
to procōſulis,ꝓcedit in legatis legatorum a latere,vt ſunt car
dinales,qui æquiparanť procōſulib.vt in c.1.ff.de offi.delegat.
& no.gl.in l.j.in fi.ſ.de of.ꝑfe.ꝑto.augu.de quo ſtatim ſubiicit,
quia regulr̄ delegatus nō ſubdelegat, niſi ſit delegatus a Prin-
cipe.vt l.a iudice.C.eo. ¶ In tex.ibi, ſicut pręfectus vrbis cęte-
riq;.Romæ magiſtratus,ſed nōne iſti ſunt ordinarii? ergo po-
terant delegare abſq; conſuetudine,pōt dici quod ꝑfectus vr-
bis erat ordinarius in criminalib.nō in ciuilib.& in criminali
bus non habet locum delegatio,niſi concedatur ex cōſuetu-
2 dine. ¶ †Per iſtum tex.dicit Ang.probari,ꝙ ſicut ꝑ conſue-
tudinem datur iuriſdictio non habenti.vt l.j. C.de emā.lib.ita
& poteſtas delegandi non habenti. quod dicit notandū eſſe.
& ſic limitatur l.a iudice.C.e.vt delegati.ab inferiore a princi
pe poſſunt ſubdelegare,ſi hoc eſt de conſuetudine.

2 *Perſonæ quib. delegari iuriſdictio non poteſt , nec poſſunt iuriſdictionem
exercere,& quid in cæco ſi cæcitas poſt iuriſdictionem acquiſitam ſu-
peruenit,& quando debeat talis exceptio opponi:& nu. 5.*
3 *Delegatus ſi non eſt infamis, ut quia non eſſet de crimine condemnatus,li-
cet eſſet crimioſus vt homicida uel fur , non poſſit contra eum opponi
hæc exceptio criminis.*
4 *Iudex an poſſit ſe excuſare a ſuſpicienda delegatione ex eo ꝙ ipſe eſſet in
famis.*
5 *Exceptio infamiæ non poteſt opponi contra iudicem ordinarium quouſq;
in officio toleratur.*
6 *Iuriſdictio quando confertur iure proprietatis,ut eſt illa quam habēt reges
& princeps in eorum regno,tunc in illa ſuccedit furioſus,& impubes,
& datur coadiutor.*
7 *Femina ꝙ tuuc poſſit per ſeipſam exercere iuriſdictionem.*

1 § Non autem omnes. ¶†No.regula eſt af-
firmatiua , vt cuili-
bet poſſint cauſæ delegari per habentem poteſtatem delegā-
di,niſi ꝓhibeať aliquo de modis hic cōtētis,nō tñ poterit co-
gi ad ſuſpiciendū delegationē,niſi ſit ſubditus delegantis.vt l.
j.C.qui pro ſua iuriſd.†Itē no. quoſdā prohiberi pp mētis exi
lium,vt furioſus ꝑpetuo, ī quo nō pōt iuriſdictio fundari.cū
ad eius exercitium requiratur iudiciū quod ī eo non eſt. Qui
dam pp mētis defectū vt impubes, in quo nō eſt mētis exiliū,
ſed imperfectio , & ſperatur perfici,nō ſic vt ī furioſo. Tñ idē
eſt ꝙ in furioſo hoc caſu , vt in eo nō poſſit iuriſdictio funda-
ri.& ideo iſta exceptio ꝙ iudex ſit furioſus,vel impubes pote-
rit

rit qñcunq; opponi ẽt ante lit.cont. tã, & poſt ſñiam,qa red-
dit iudicium retro nullũ, ſm Inn.in c.ſciſciatus.extra de reſc.
Quidam prohibent rõne ſenſualitatis.vt mutus & ſurdus , in
quib.non deficit mens,ſed ſenſus qui differt a mente,& ĩ iſtis
idem vr̃,quia eſt defectus nãæ ꝑ no.ꝑ Inn.ibid & no.qa de cę-
co nihil.dicit,vnd̃ vr̃ ꝙ cęco poſſit delegari ꝑ l. cęcus.ſ.e.licet
a gl.ibi ſentiat ꝯrium ꝙ hẽat locum,qñ cęcitas[a] ſuperuenit poſt
iuriſdõnem acqſitam , ſecus, qñ ſuberat ante ipſam acqſitã.
Contrarium vr̃ ꝑ hunc tex . qui ita feciſſet mẽtionem de illo
ſicut de iſtis.Quidã vero prohibent rõne pœnalitatis, vt infa
mis,de hoc loqr̃ ver.l.ĩpedit,qa remotus a ſenatu eſt infamis,
& ꝑꝑ infamiam ꝓhibet ei delegari. & idem in quolibet infa-
mi. Tñ aduertendũ ꝙ ipſe non eſt incapax iuriſdictionis cum
habeat iudicium nãle,licet prohibeat ſibi delegari.& ẽt ꝓhi-
bet vti iuriſdictione ſi opponat , vñ dicit Inn.ꝙ iſta exceptio
dẽt opponi ante lit.ꝯt.& ꝙ poſt opponi non poteſt , vt d.c.ſci-
ſcitatus.nec põt opponi ad delegationem ſeu reſcriptum , ꝙ
ex hoc reddat ſurreptitiũ ſi de hoc nõ facit mẽtione, cũ ñ ꝯ-
cernat iuſ ꝑtis.nec reddit ſurreptiũ,ex hoc,ſed dẽt opponi ad
3 ꝑſona, ſm Inn.in c.cũ ſuꝑ. extra de offi.deleg.†Qui ẽt dicit ꝙ
ſi non eſt infamis, vt quia non eſſet de crimine condemnat⁹
licet eſſet crimmoſus,vt homicida vel fur.non poſſet ꝯ eum
opponi hæc exceptio criminis,qđ perpetuo tene menti , licet
b ꝯ teſtem bene poſſet opponi , [b] vt in c.teſtimonium.de teſtib.
4 † Dicit ẽt Inn. ibidem ꝙ licet ꝯ eum poſſit opponi hæc exce-
ptio infamiæ ad ipſum remouẽdum,ipſe tñ iudex non poſſet
ſe excuſare a ſuſpicienda delegatione , ex eo ꝙ ipſe eſſet infa
mis , quia ſic allegaret turpitudinem ſuam, & infamia eſſet
ſibi proficua. Sed Bar.tenet contrarium per l. præſes. C. ſi ſer.
aut liber.ad dec.aſpi.Ang.concordat vt ſi eligat iudex ordina
rius locum hẽat dictum Bar.qa illa iuriſdõ eſt honor & digni
tas,ad quam infames aſpirare non pñt,vt l.infames.C.de dig.
lib.12.vñ dẽt defectum ſuum ꝓdere.Si aũt dat iudex delegat⁹
c locum hẽt dictum Inn.qa illa iuriſdõ non eſt honor.ſed on⁹[c]
cum poſſit ꝯpelli,vt l.numerũ.§. iudicãdi.ꝟ.de mu.& ho.& iõ
d ab onere nõ põt ſe excuſare ne ſibi ſit infamia ꝓficua.[d] ¶†Di
5 cit.ẽt Inn. ꝙ exceptio infamiæ nõ poteſt opponi ꝯ iudicẽ or-
dinariũ quouſq; in offõ tolerat. argu.ſ.de of.ꝑto.l.Barbarius
melius in l.Caſſius.ſ.de ſena.quæ oĩa dicta ſunt notãda,& de
clarãt iſtũ tex. & vide qđ idẽ no.ĩ c.ſuꝑ lr̃is,an fi.extra de reſc.
Quidam aũt ꝓhibentur morib. ut fœminæ quia turpe eſt vt
ſe ingerant publicis officiis.Item ſerui,& dicit Inno.& ẽt Spe.
in tit.de except.§.nunc videndũ.ver.ſed quæro.ꝙ iſta exceptio
debet opponi ante litem cont.& poſtea non. Tu dic in ſeruo
ꝯrium,quia eſt incapax iuriſdictionis,cum pro nihilo repute
tur de iure ciuili,& ideo non cadunt in eodem,quæ ſunt iuris
ciuilis,ſicut ciuilis obligatio, & iuriſdictio. & ſic ꝓceſſus corã
eo agitatus non põt valere, ſicut nec cum eo qñ interuenit in
iudicio vt pars,vt ꝟ.eo.l.non idcirco.§. fin.cum iudicium con
ſtet ex trib.perſonis.ſ.ex iudice,actorẽ,& reo,& vbi altera defi
cit non põt eſſe,vt in c.forus.extra.de ver.ſig.& hic deficit per-
ſona iudicis.In fœmina non fit dubitatio .quia ẽt illa prohibe
tur fungi ciuilib. officiis.ideo dicit Spec.quendam proceſſum
fuiſſe irritatum, quia factum coram fœmina,tanquam iudi-
ce,licet exceptio non eſſet oppoſita ante litẽ cõteſtatam.Ipſe
tñ determinat ꝯrium ſm Inno.in d.ver.ſed quæro.per not.ĩ l.
ita demum.C.de procur.in gloſ.ſed ibi loquitur qñ interuenit
vt procurator,tunc.n.non eſt omnino incapax,cum pro qui
buſdam poſſit eſſe procuratrix,vt l.fœminis.ſ.de procura·ſed
non reperitur ꝙ poſſit eſſe iudex. vnde magis placet ꝙ nõ va-
6 leat ſicut nec in ſeruo per l.2.ꝟ.de regu.iu.†Et pręd.icta proce-
dunt quando iuriſdictio cõfertur vt officium publ. non iure
proprietatis.ſecus ſi iure proprietatis, vt eſt illa quam habent
reges,& principes in eorum regno,& principatib.nam in illa
bene ſuccedit impubes,& fœmina,& furioſus.quia datur co-
7 adiutor,vt in c grandi,extra de ſupplen.neglig.prela. † Fœmi-
na vero põt per ſeipſam exercere iuxta no.in l.fi.C.de arbi.vt
etiã videmus in Regina Neapolitana, & in comitiſſa Matil-
da de qua no. in d.l.fina.nam & Regna Ioanna legitur ſediſſe
pro tribunali,& dediſſe ſententiam contra illos de Balſo.

ADDITIONES.

a ¶ Cæcitas.An cæcus poſsit eſſe iudex,vide Abb.conſi.77.
b ¶ Opponi.Adde gl.in §.his authoritatibus,ĩ ver.gladio.24.q.j.& gl.quæ videtur
obſtare in c inſinuante.de of.deleg.
c ¶ Onus. Imo in c.ſciſcitatus. dicit ꝙ licet ſit onus,tamen eſt ẽt honor. vt in ca.
vt debitus.de app.ideo ibi concludit, ꝙ infamia facti repellit iudicem ne fiat.
d ¶ Proficua. Limita id quod dr̃ ꝙ quis non tenetur allegare turpitudinem ſuam,
ꝙ illud procedit niſi illa ſit detecta. iuxta dictum Bal in c. intelleximus,in 2.co.
de iudi. & in l.ſi creditorib. C.de ſer.pig.dato. Adde Fel. in c. ſciſcitatus. ver.nõ
ſe excuſat. de reſcr.

LEX XIII.

2 *In dubio debet ferri ſententia abſolutoria,& ſic pro reo.*
3 *Iudicia diuiſoria de quib.hic quare dicuntur duplicia.*
4 *In ciuilib.actor & reus ſunt pares in dilationib.dandis.*
5 *Clericus,an poſſit petere diuiſionem in curia ſeculari contra laicum.*
6 *In iſtis iudiciis diuiſoriis ſi ego te procuraui dãdo libellũ, & tu uis poſtea
aliũ libellum dare,& petere diuiſionem fieri ſicut & ego petii,uel nõ
fieri,& ſic vis eſſe actor ſicut & ego,an debeat libellus tuus admitti,
& quid in rei uendicatione.*
7 *Negotium dubium poteſt dirimi ſorte non reprobata,niſi ſit facti.uel niſi tẽ
dat in magnum præiudicium alterius.*

1 IN his tribus iudi † In iudiciis diuiſo
riis q̃ dñr duplicia,
ille dr̃ actor,quia ad iudicium prouocauit,& pro
uocat⁹dicitur reus,& ſi ſimul prouocant,ſorte diri
munt.h.d.cum l.ſeq.expedit autem hoc ſcire, quia rei fauora
biliores ſunt quam actores in fin.iudicii. † quia in dubio dẽt
ferri abſolutoria.vt l.Arrianus.C.de actio.& obliga.& quia ſi
ſunt plures iudices,qui cognouerunt de cauſa,& tulerunt di-
uerſas ſententias præfertur abſolutoria,vel illa quæ magis fa-
uorabilis eſt.ut l.inter pares.ꝟ.de reg iur.& ſic præfertur illa,q̃
lata eſt pro prouocato.& ita põt intelligi glo.dum dicit , nec
3 ſic erunt fauorabilis. ¶ † Sed quare dñr duplicia hæc iudicia
poſtquam ille tantũ dicitur actor qui prouocauit : Reſpõdeo
dicuntur duplicia ante aliquam prouocationem factam,qa
quilibet eorum põt prouocare & prouocari , & ſic eſſet actor
& reus,quia in pari cauſa ſunt,vt dicit tex.non ſic in aliis, qa
ſi es debitor meus,prouocatio non pertinet ad te , ſed ad me,
vt C.vt nemo.inuitus, in rubro & in nigro.Vnde ego nõ poſ
ſum dici actor tam antequam agam quam poſt , & tu ſolum
reus , Vnde iſta ſunt ſimplicia.& iſta dant intelligere iſtam l.
4 ¶In gl.ibi,& pauciores ei dabuntur dilationes. ¶ † n hoc gl.
reprehendit,quia in ciuilibus actor, & reus ſunt pares in dila-
tionibus dandis,vt l.fin.ſ.de fer.quę facit ꝯ glo.licet alleget eã
5 pro ſe.†Et iſta l.facit an clericus poſſit petere diuiſionem ĩ cu
ria ſeculari ꝯ laicum,vr̃ quòd non,quia clericus coram ſecu-
lari põt agere,non conueniri.Sed hoc iudicium eſt duplex,&
ſic eſt actor & reus. Contrariũ dic.nam duplex eſt antequam
prouocet.poſtquam prouocauit eſt tñ actor & non reus.
6 † Ex hoc ſequitur , ꝙ ſi prouocaui te dando libellum, ſi vis
poſtea aliũ libellum dare,& petere diuiſionẽ fieri,ſicut & ego
petii,vel non fieri, & ſic vis eſſe actor ſicut & ego , ꝙ nõ dẽat
admitti libellus tuus, quia potes conſequi virtute libelli mei,
abſque nouo libello. Nam iſta l. vult ꝙ tantũ ſim actor ego
q prouocaui.ergo nõ potes facere te actorẽ. Et hoc ẽt tenuit
Inno.in ſimili in c.cũ cõtingat.extra de officio delega.ꝙ ſi de
di libellũ ꝯ te petens declarari ſñiam ꝯ me latam eſſe nullam
& inualidã,nõ admittitur libellus tuus,in quo petas pronun-
ciari ꝯrium, qa ſic eſſet neceſſe ferre duas ſententias,vnã ſuꝑ
libello meo,& alterã ſuper tuo.ar.in l.de qua re.ꝟ. e.& ſic poſ
ſent ferri ſñiæ ꝯriæ,quod no.Nam eodem modo in rei vẽdic.
videretur dicendũ ſi petij declarari rẽ meã eſſe,& tu das aliũ
libellũ petendo declarari ꝙ ſit tua.nam potes conſequi hoc
ſine libello, videlicet per ſñiam abſolutoriã adiecta cauſa,qa
res eſt tua,& tñ ualebit hæc adiectio, quantũ ſi fuiſſet admiſ-
a ſus libellus.tu⁹. Sed in ꝯrium facit qđ no.Hoſ.ꝯ eundem Inn.
in cap.ex conquæſtione. de reſtit. ſpol. Cogita ſuꝑ hoc,qa eſt
7 pulcher paſſus.¶†Vlt.no.negociũ dubiũ dirimi ſorte.Hoc in-
tellige.ſ.non reprobata.ſecus ſi reprobata, ut qñ fit cũ incan-
tatione ſpirituũ,& ita loquit tit·de ſor .Item ĩtellige qñ eſt qõ
iuris ſec⁹ ſi facti,qa tũc nunq̃ ꝯmittit ſortilegiũ, ut no.gl. in l.
vnica. C.vti poſſi.q̃ ĩcipit,ſed qualiter formabit iudex.in fi.Itẽ
ĩtellige qñ nõ tẽdit in p̃iudicium alterius,vł eſt parui p̃iudicii.
vt Inſtit.de lega.§.optionis.& l.fi.C.cõia de leg.poſt princ.ſec⁹
ſi magni p̃iudicii alterius tertii,qa tũc nõ ꝯmittit ſorti,ſed diſ-
cordãtes ſe inuicem impediunt,ideo cõcordãt ut l.quoties. ꝟ.
de vſuf & l.huiuſmodi.§.fi.ꝟ.deleg.j.Inſt.de ſatiſ.tu. §. ꝙ ſi ne-
mo.& vide qđ ꝑ hoc no.Io.And.in c.ſi duob.de reſcrip.lib. 6.

ADDITIO.

a ¶ Contrarium.vide per Bald in d.c.cum contingat.per Bal conſi.60.v.lib.

LEX XIIII.

1 *Iudex per imperitiam male iudicando,quomodo condemnetur.*
2 *Cautela pro iudice qui timet condemnari in ſyndicatu propter imperitiã,
vt alleget ſe filiumf.& probet,& tũc niſi aduerſarius ꝓbet ꝙ habeat
aliquid de peculio,remanebit deluſus.*
3 *Sententia iudicis qui per imperitiam vel dolum male iudicauit,an ſit nul
la.& an faciat litem ſuam.*
4 *Arbiter ꝑ impitiã uel dolũ male iudicans,ita facit litẽ ſuã ſicut iudex ar
bitrator uero non niſi ſit in dolo uel lata culpa ad inſtar agrimenſoris.*
5 *Idem in notario ſi per imperitiam uel dolum fecit malum inſtrumentum.*
6 *Iudex ſi non ſtetit ad ſyndicatum poterit pro extortis,& ablatis in patria
ſua conueniri.*
7 *Licet ab iniqua ſententia pars appellauit , & ſuccubit vel appellationem
deſeruit, tamen iudex ei tenebitur.*
8 *Iudex non repetit a parte pro qua tulit iniquam ſententiam illud quod pro
pter hoc ſoluit in ſyndicatu.*
9 *Si appellatio pẽdebat tempore ſyndicatus cõdemnabitur iudex,ut caueat
de indemnitate.*
10 *Iudex qui tulit iniquam ſñiam ſecutus conſilium ſapientis non excuſatur.*

11 *Quod tunc conſultor non teneatur iudici.*
12 *Hæres iudicis non tenetur ſtare ad ſyndicatum pro defuncto.*
Nec pater pro filio, & an conueniatur quatenus eſt in peculio, & quid in maleficio uel quaſi.
13 *Sententia lata cōtra filiū ſi non habet peculium, an mittatur excuſationi cōtra patrem ſaltem in eo quod tangeret filium pro legitima.*

1 **SI filiusfa. iudex.** †Iudex qui per imperitiam male iudicauit
cōdemnatur, quatenus religioni iudicantis æquū
videbitur, quod quantitatē peculij non excedit
ſi erat filiusfa. ſi vero per dolum, cōdemnatur in
vera æſtimatione litis. & tunc actio non tranſit ꝯ hæredē eius
h.d. cum l. ſequen. & primo loquitur, qñ per imperitiam vſq;
2 ibi, iudex. † Secundo qñ per dolum. Sit ergo cautus iudex qñ
videt ſe debere condemnari in ſyndicatu ꝑꝑ imperitiam, vt
alleget ſe filiūfam. & probet, nam tūc niſi aduerſarius probet.
3 ꝙ habeat aliquid de peculio, rēmanebit deluſus. ¶ †In tex. ibi,
vel ſordes. Sed oppono quia tunc ſnīa eſt nulla. vt C. qñ prou.
non eſt neceſ. l. venales. ergo nō facit litem ſuā, quia pars non
læditur. gl. eſt in l. fi. ff. de var. & extraord. cog. Sol. intellige hoc
quantum ad expenſas, vel ſumptus litis in quibus poteſt lædi.
vel dic, ꝙ ſententia fuit executioni mandata. de facto alias ꝓ-
4 cederet ꝯrium. ¶ †Sed quæro quid in arbitro?[a] dic idem, quia
a facit litem ſuam ſicut iudex. ut l. ſi quis in conſcribendo. in fi.
C. de pac. arbitrator vero non dr̃ facere litem ſuam, niſi ſit in
dolo, vel lata culpa ad inſtar agrimenſoris. glo. eſt in fi. C. de ꝯ-
5 hen. empt. ſm̃ Ange. †Idem in notario, vt l. fin. de magi. conue
ni. ſi per dolum, vel imperitiam fecit malum inſtrumentum.
6 ¶ †Item quæro quid ſi non ſtetit ad ſyndicatum, an in patria
ſua poſſit conueniri pro extortis & ablatis? dic ꝙ ſic, per text.
7 cum glo. in l. 2. ff. ad l. Iul. repetun. ¶ † Item quæro quid ſi pars
appellauit ab iniqua ſnīa, & ſuccubuit, vel appellationem de
ſeruit? vr̃ ꝙ iudex non teneatur, qñ ſnīa hr̃ pro iuſta, nec pōt
allegari ammodo iniqua iuxta no. in l. Iulianus. ff. de cōd. ind.
ſed hoc eſt verum reſpectu partis in cuius fauorem eſt lata.
ſed ꝯ iudicem adhuc pōt allegari iniqua, & eius iniquitas de-
8 tegi, vt no. Inno. in c. ſæpe extra, de appel. † & Bart. in qōne di-
ſputata per eum, q̄ incipit a ſnī a iudicis. ¶ Itē quæro an iudex
repetat a parte pro qua tulit iniquam ſnīam illud quod ꝑꝑ
hoc ſoluit in ſyndicatu? dic, ꝙ non, quia ſoluit pœnam ſui de
licti, nec iſta ſolutio aliquid prodeſt parti. arg. ff. de interroga.
actio l. qui ſeruum. & l. j. §. nunc tractemus. ff. de tu. & ra. diſt. &
9 ita no. in l. mācipia. C. de ſer. fug. per Bal. & Ang. ¶ † Quid aūt
ſi appellatio pendebat tꝑe ſyndicatus? Rñdeo, quia dubiū eſt,
de euentu condemnabitur, vt caueat de indēnitate. argu. in l.
pen. ff. de pet. hære. ſi n. appellans obtineat non dānificabitur
10 ergo iudex non tenet̃ ſecus ſi ſuccūbat. ¶ † An aūt iudex qui
tulit iniquam ſnīam ſecutus conſiliū ſapientis excuſetur? dic
b ꝙ non ſm̃ Ang.[b] hic, quia non tenebatur ſequi ipſum l. 2. in
prin. & §. ſi manda ff. manda. Itē quia iudex aſſerit ſe peritum.
11 l. 2. s̃. qđ quiſq; iur. hoc tenet Iac. But. † addens ꝙ ꝯſultor non
tenetur iudici. de hac per Bar. in l. in bonorū. ff. de bon. poſſ. &
12 de re iud. l. ſi conuenerit. Ang. ¶ †Vltimo not. in l. ſeq. ꝙ hæres
iudicis nō tenetur ſtare ad ſyndicatum pro defuncto, ſed nec
pater pro filio, niſi quatenus eſſet in peculio. regulariter autē
ex maleficio vel quaſi non datur actio de peculio ꝯ patrem
niſi quatenus peculium eſſet locupletatum, vel niſi eſſet iam
condemnatus, quia tūc daretur actio ex ſnīa, quæ non eſt ex
maleficio, ſed ex quaſi ꝯctu. vt l. 3. §. ſi filius. & §. ex cauſa. s̃. de
minori. nec ēt tenetur pater noxali pro filio licet pro ſeruo
13 ſic, quia non pōt filius dari pro noxa. † Eſt tñ dubiū, an ſnīa
lata ꝯ filium ſi non haberet peculiū mittat̃ excutioni ꝯ patrē
ſaltem in eo, quod filiū tangeret pro legitima. de quo vide ꝑ
Gul. in l. ſi qua pœna. s̃. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. & in Spe.
de ſen. execu. §. ſequitur. ver. quid ſi filius. & in c. 2. extra de deli.
pu. per Io. And. & adde quod no. ff. de noxa. l. quoties. & quod
no. Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. ff. de dam in infe. in vlt. co
& l. ſi filius. ff. ſol. mat.

A D D I T I O.

a ¶ Arbitro? ꝙ arbi. faciat litem ſuam ſicut iudex tenet Ro. ſing. ſuis fol. 11.
b ¶ Secundum Ang. Adde eundem conſi. 83.

L E X XVI.

2 *Officium iudicis eſt indiuiduum, & ratione partis impeditur totum.*
3 *Si tres habeant rem cōem, & inter duos iſtorum oriatur qō ratione dictæ rei, ꝙ tertius habens rem cōem non poterit eſſe iudex in hac cauſa.*

1 **IVlianus ait.** ¶ † Si iudex efficiatur pars ꝑ
ſucceſſionem, alius iudex eſt
adeūdus. h. d. Nec poterit talis iudex hoc caſu cau
ſam delegare. ſecus tñ in aduocato facto iudice,
quod declara, vt per Ang. in l. prætor. s̃. de iuriſdi.
omn. iudi. & ſic iudex ſuccedens parti, eſt ſuſpenſus quaſi ha-
bens conſimile, & an ſit conſimilis relinquitur arbitrio iu-
3 dicis. Item allegatur iſta lex, ꝙ officium iudicis eſt indiuiduū
ideo ratione partis impedientis impeditur totum. Ange. & ꝑ
3 iſtum tex. cum glo. dicit. Bar. †ꝙ ſi tres habeant rem commu
nem, & inter duos iſtorum oriatur quæſtio. ratione dictæ rei,
ꝙ tertius habens rem communem non poterit eſſe iudex in
hac ca. Bar.

L E X XVIII.

1 *Si iudex delegatus impediatur longo impedimento, alius eſt ſubrogādus.*
2 *Si dati ſunt tres iudices, cum clauſula, ꝙ ſi non omnes poterunt intereſſe, duo ex eis poſſint iudicare, & alter ipſorum impediatur impedimento parum duraturo. non debebunt alii iudicare, ſed expectare.*
3 *Idem in aduocato.*
Idem in notario ſcribente acta vnius cauſæ.
4 *Quid in arbitris, & quid ſi alter ipſorum mortuus eſt.*
5 *Delegatus, an ſubſiſtente iuſta cauſa poſſit lit. cont. reuocari.*

1 **SI longius ſpatium.** † Si iudex delegatus impedia-
tur longo impedimento, alius eſt ſubrogandus.
h. d. ſecus ſi non eſt longo expectandus, vt l. pla-
cet. §. fi. de vaca. mune. †& idem vr̃ in quocunque
alio officiali, vt ſi dati eſſent tres iudices cum clauſula, ꝙ ſi
non omnes poterunt intereſſe duo ex eis poſſint iudicare, &
alter ipſorum impediatur impedimento parum duraturo,
non debebunt alii iudicare, ſed expectare. ſecus qñ diu duratu
ro, & ita no. Inno. in c. prudentiam. s̃. de offic. deleg. argu. præ-
3 dictarum legum. †Idem in aduocato per l. ait prætor. §. fi. s̃. ex
quib cau. ma. Bar. & Ang. Idem in notario ſcribēte acta vnius
cauſæ. Ang. ¶ Sed quid ſi erant tres iudices, & alter impediat̃,
longo impedimento? videtur quod alii duo poſſint ſine ipſo,
nec ſit alius ſubrogandus, vt l. cum prætor. in princ. s̃. eod. Sol.
ibi, qñ vnus remouetur a delegāte, vel ſibi inhibetur quod ſe
a non impediat, nam tunc videtur velle delegans ꝙ alii duo[a]
poſſint. Hic vero ſine facto delegantis ille impeditur, vnde
4 alii non poſſunt, ſed debent expectare ſubrogatum. ¶ † Quid
in arbitris? Reſpondeo, non expedit expectare, immo alii duo
poterunt requiſito prius illo impedito. & hoc de iure canoni
co, vt in cap. fin. de arb. lib. vi. ſecus de iure ciuili, vt l. ſi in tres
s̃. de arb. alias incipit, item ſi vnus. §. fin. l. ſequen. niſi aliud ap
pareat ex compromiſſo, vt l. non diſtinguemus. §. cum in plu
res eo. ti. Sed quid ſi alter ipſorum mortuus eſt? reſpondeo in
iudicibus, & etiam in arbitris de iure ciuili, non ſufficit alterū
ſubrogare, niſi de nouo det̃ poteſtas etiam aliis, quoniam of-
ficium omnium expirauit. c. vno. extra de offic. delega. & vide
ad prædicta qđ no. Bar. in l. duo ex tribus. ff. de regu. iur. & Ioā.
And. in c. ſi ꝯ vnum. de reg. iur. lib. 6. in nouella ſuper tertia gl.
5 †An ſubſiſtēte iuſta cā de qua hic indiſtincte lit. cont. delega
tus ꝑ oſſit reuocari? dic ꝙ ſic ſm̃ Angel. hic. contrarium dixi
Guil. i. 11 & quia s̃. de iur. om. iud. ꝙ non poteſt reuocari, niſi
ſubſiſtente iuſta cauſa, alias non.

A D D I T I O.

a ¶ Alii duo. De hoc vide per Do. de Ro. dec. ſuis in nouiſ. de officio. delegat. in deciſ. 166.

1 *Vbi pater, & eius procurator abeſt, filius ex ſuo contractu, & ex delicto in ſe commiſſo maxime ſi ſit actor, poteſt proprio nomine in iudicio experiri.*
12 *Filius qualiter, & quando poſſit agere ſine cōſenſu patris etiam præſentis & nu. 4.*
3 *Propter ſuſpicionem fugæ aliquid permittitur quod alias non ꝑmitteretur.*
4 *Si fiat captura pro executione inſtrumenti, uel ſententiæ nō citata parte ad dicendum quare non debeat iuſtrumentum executioni mandari, ꝙ debeat reuocari, niſi ſuſpcio ſit de fuga.*

1 **§. Si filiusfa. ex aliqua.** ¶ †Vbi pater, & eius
procurator abeſt, fili⁹
ex ſuo contractu, & ex delicto in ſe commiſſo maxime ſi ſit
actor, poteſt proprio nomine in iudicio experiri. hoc dicit iſte
2 §. vulgaris, & notabilis circa †quem aduerte, ꝙ īterdum actio
fuit acquiſita ex contractu patris, vel ex delicto in patrem cō-
miſſo, & tunc illam non pōt mouere filius ſuo ꝓprio nomi-
ne, ſed nomine patris, tanquā coniuncta perſona, ſic cauēdo
de rato, vel ēt procuratorio nomine ſi habebat mādatū. & ſi
pater erat præſens, nō niſi pater cōſentiat, quia nūc nō eſt præ
ſtāda cautio rati, cū poſſit de facili haberi conſenſus, vt l. mu-
tus. §. is qui s̃. de procu. & ibi dixi. & hoc caſu nō loquit̃ iſte. §.
ſed loquit̃ gl. Interdū fuit acquiſita actio ex ꝯctu, vel quaſi cō
tractu celebrato per filium, vel ex delicto cōmiſſo in perſonā
eius. & tunc loquitur iſte. §. nam dicto caſu interdū ꝯtingit, ꝙ
actio directa acquirit̃ ipſi filio & penes ipſum remanet, & nō
acquirit̃ patri iure iſto, ut in caſib. qui habent̃ in l. filiusfamil.
& in l. in factum. ff. de act. & obl. & tunc licet proprietas actio-
nis ſit filii, exercitiū tñ eſt penes patrem. & ideo ſi pater vel ei⁹
procurator eſt præſens, filius nō pōt ſe impedire ſi autē abeſt
uterque, tunc exercitiū tribuitur filio, per iſtum §. nec habet,
neceſſe cauere patrem ratum habiturū, quia agit ſuo nomine
proprio nō paterno, qui habet actionem directā vna cū exer
citio reſidēte in eius perſonā. Interdū cōtingit, ꝙ acquiritur fi
lio,

lio,ſed momēto non reſidet penes eū,immo ſtatim acquiriē
pr̄i,vt regul̄r in oībus aliis caſib. & tunc ſil̄r,ſi pater eſt p̄ſens
filius nō pōt ſe impedire.ſi aūt ipſe,& eius procurator abeſt,
tunc actio directa patri quæſita nō reuertiē ad filium, q̄a eſt
inſeparabilis ab oſſibus patris vt l. quis ergo caſus.ſ.de pecu.
ſed loco illius directæ daē ſibi vtilis actio, quam ēt ſuo noīe
pōt intentare. & ſil̄r non cauebit patrē ratū habiturū.& hoc
etiā quaſi loquiē iſte tex.Hodie vero dictis caſib. quib.acq̄re-
baē pr̄i,ſi acq̄riē ex aduētitio peculio, non acq̄riē pr̄i ꝓprietas
actionis,ſed ipſi filio,& apud ipſum remanet per tit.de bon. q̄
libe.pr̄i vero daē exercitiū ſi hēt vſumfructū.ſi aūt n̄ hēt, tūc
ēt exercitium ɔpetit filio.& hoc ēt caſu poſſet loq̄ iſte tex. q̄a
ſi pr̄ vel eius ꝓcurator abeſt,exercitium qđ erat apud eum re
uertiē ad filium,& ſil̄r ſuo noīe poterit agere,& non cauebit
de rato.Pōt ēt pr̄ qn̄ eſt p̄ſens exercitium ɔcedere filio ꝑ Aut.
quod locum.C.de coll.& hic in gl.magna. verſ.ſed nunquid.
& tūc etiam vr̄ ꝙ nō caueat,quia ſuo nomine agit, & ad ſuā
voluntatē. & ex iſtis remanet expeditus tex.cum glo.magna.
3 ¶†In tex.ibi,qui patris noīe agat.Secus ergo ſi eſſet procura-
tor patris,& vellet agere.nam tunc filius ēt tanquam coniun
cta perſona non poſſet,quia pater cōſtituendo aliū videretur
ſibi inhibuiſſe,vt tenet Spe.in tit.de coniuncta perſona.cuius
dictum limita per hunc tex. qn̄ procurator vult agere. ſecus ſi
nollet vt dixi ſ̄.e.l.cū prætor.in prin.¶In tex.ibi,ſe ſubtrahat.
no.aliquid permitti ꝑꝑ ſuſpicionē fugæ qđ alias non permit-
teretur. vn̄ pro debito conditionali,vel in diē pōt procedi ad
capturam perſonæ,vel pignorū,ſi ſuſpicio eſt de fuga,vt ɔpel
latur cauere de ſoluēdo adueniēte die,vel cōditione.vt no ſ.
de pig.l.quæſitū.& procediē ad capturā ipſo non citato ne fu
4 ga intruaē,ſ̄m †la.Bu.vt ipſe no.in l. ɔſentaneū. C. qūo & qn̄
iudex.ſecus ſi nō eſt ſuſpectus de fuga,& fieret captura ꝓ exe-
cutione inſtrumenti vel ſn̄iæ, quia pars debet prius citari ad
dicendū quare nō debeat inſtr̄m executioni mandari:alias ca
ptura deberet reuocari, tanquā indigne, vel non legitime fa-
cta.arg. in l.ſi quis criminalis.C.de epi.& cle.& ibi Bal.hoc ex
preſſe no.¶In glo magna circa prin.ibi ſuo noīe non dantur
actiones, ſupple ēt quæſitæ per filiū.de quæſitis.n. per patrem
nō eſt dubium,vt in glo.j. ¶In glo. ibi,hodie vero referas iſtū
ver.ad alias actiones præter illas ſex de quib. ſ̄. quæ olim per
filium quærebantur patri, nec momento reſidebant penes fi-
lium,vt hodie rem meant ſi aduentitia cā ſunt quæſitæ .¶In
gl.ibi,ſi amittat,vſumfructū,q̄a tunc eſt legitimus adminiſtra
tor filii,ſed ſi vſumfructū repudiat,vel acq̄riē filio cū cōdōne
ꝙ nihil acquiraē pr̄i,tunc pr̄ non eſt legitimus adminiſtrator.
ideo non hēt exercitium illius actionis. Tn̄ teneē cōſentire fi
lio agenti in ſignū repudiationis vſusfructus,nō ad legitimā-
dū p̄ſonā filij ſ̄m vnā opi. ſed alii dn̄t ad legitimandū, qđ dic
vt no.in l.cū non ſolū.§.neceſſitate. C. de bo.q̄ lib.vbi Bar.vr̄
tenere prim ī opi.¶In gl.ibi,ſed nūquid omnib.ſupradictis p̄t
concedere pater.ſup.qn̄ eſt præſens?nā qn̄ abeſt,nō eſt neceſ-
ſaria conceſſio patris,quia lex ipſa concedit,vt ī hoc §.& dic
ꝙ pōt ɔcedere gn̄aliter,& ēt extra iudiciū, & ꝑ nūciū vel epi
ſtolā,vt ſ.de decu.l.honores.§.fi.ſ̄m Doc.¶In gl.ibi,rn̄deo nō.
quia licet filius non poſſit agere inuito patre bene poteſt tn̄
conueniri.vt no de min.l.2.§.ſed vtrū.& ſ.cōmo.l.3.§.ſi filio.
¶In gl.ibi puto ꝙ ſi liti.q.d.non perſonæ cum ſit in patris po
teſtate.ſi tn̄ ɔcedatur perſonæ non vitiatur, quia exponitur.i.
liti.arg.ſ.ſi ſer.vend.l.2.in prin. & ibi ſ̄m Bar.de quo eſt hodie
caſus in c fi.de iud.lib.6.¶In glo.ibi,item quid in monacho?
de hac quæſtio. vide in c.ex parte tua in glo. quæ incipit alias
vero,extra de accu.& quod no. Doc.in auth.cauſa quæ ſit cū
monacho.C.de epiſ.& cleri.

LEX XIX.

1 *Hæres ſequitur forum defuncti a quo non poteſt ſe excuſare ratione proprii priuilegii.*

2 *Quod pro legatis,& fideicommiſſis hæres non conueniatur in loco in quo defunctus ſortiebatur forum niſi ibi eſſet maior pars hæreditatis.*

3 *Priuilegium proprium dicitur ſi non eſt clauſum in iure communi. ſed illa quæ ſunt clauſa dicuntur communia.*

4 *Quod iſtis priuilegiis communib.poterit vti hæres,vt non ſequatur forum defuncti, niſi lis erat cœpta cum defuncto, quia tunc etiam ſi clericus ſuccedat laico tenebitur defendere coram iudice ſeculari.*

1 HAeres abſens. †Hęres ſequitur forum dē-
functi a quo non poteſt
ſe excuſare ratione proprii priuilegij.h.d.¶In tex.
ibi,vbi defunctus debuit, & ſic in loco originis de
functi propriæ vel paternæ. & in loco vbi defunctus habebat
domicilium,licet hæres non habeat,nec ad ipſum tranſeat,
domicilium defuncti, quia eſt perſonale,tranſit tn̄ effectus.
Aduertendum tn̄ eſt,quia defunctus potuiſſet conueniri in lo
co domicilii,etiam ſi ibi non fuiſſet repertus,vt ſ̄.e.l.2 §.lega.
ſed hæres nō,niſi reperiatur, vt ſequitur ibi,ipſe hæres hēt ibi
domiciliū.vel intellige iſtum tex.qn̄ conueniē hęres ex p̄ſona
2 defuncti.i.ꝓ eo ꝓ quo poterat defunctus ɔueniri.†ſecus ſi cō-
ueniaē ꝓ legatis,& fideicōmiſſis in q̄b.defunctus ɔueniri non
poterat, licet a defuncto ꝓceſſerit.tūc.n.nō ɔueniē in loco in
quo defunctus ſortiebatur forū, niſi ibi eſſet maior pars hr̄di
tatis. quod dic vt ſ.e.l.ſi fideicommiſſum.ī prin.& l.ꝙ legatū.
in glo. ¶ In tex.ibi, inueniaē.dic etiam ſi non inueniaē,ſi tn̄
lis erat cępta cum defuncto.q̄a debet ſe ibi defendere.vt ſ.eo.
l.ſi quis Romæ.qn̄ aūt non erat cępta,ſi ibi non reperiaē, nō
pōt ɔ̄ eum dari libellus, nec ɔ̄ eum procedi,niſi ad miſſionē
a ex primo decreto, ſi ibi ſunt aliqua bona hr̄ditaria.[a] vt in ꝓxi.
§.& idem in oī alio loco, vbi quis ſortitur forum alia rōne q̄
3 domicilii,vt dixi.in §.legatis.& no.ſ.prox.§.¶†In tex.ibi,nul-
loq; ſuo proprio priuilegio excuſatur, dic propriū priuilegiū
dr̄ ſi non eſſet clauſum in iure cōi.ſed illa quæ ſunt clauſa,nō
dn̄r propria, ſed cōia vt eſt priuilegium qđ hn̄t legati,vt poſ-
ſint ſe remittere ad domū, vt d.l.legatis.& illud quod hn̄t vi-
duæ & pupilli,ut C.qn̄ imper.inter.vi.& pu.& in c.ex parte ex
tra de fo.compe.& illud qđ hn̄t clerici, vt non ɔueniantur co
4 ram iudice ſeculari. † iſtis tn̄ priuilegiis bn̄ poterit vti hæres,
quia non ſunt ſublata ꝑ hūc text. qui loquitur de propriis,&
non de communib.& hoc vult gl.no.& bene. ſed nec iſtis po-
terit vti,ſi lis erat cępta cum defuncto, ēt ſi clericus ſuccedat
laico, ſed tenebitur defendere coram iudice ſeculari per illā
l.ſi is qui Romæ.ſ.eo ad quod vide quod no.xj. q.j.c.clericum
nullus.& per iſtum tex.conſuluit d.Cyn.ɔ̄ fratres de Carmelo
qui erant exēpti ab epiſcopo, & ſuberant immediate Papæ,
deinde ſucceſſerunt cuidam laico.agebatur ɔ̄ ipſos ex p̄ſona
laici coram Ep̄o, allegabant priuilegium exemptionis certe,
quia illud non erat clauſum in corpore iuris non poterant al-
legare.ſed priuilegium clericatus quod erat clauſum bene po
terant allegare,vt ſic non conueniantur coram iudice ſecula
ri,ſed coram epiſcopo,niſi iudicium fuiſſet cęptum ɔ̄ defun-
ctum in curia ſeculari per ea quæ dicta ſunt.tene menti.

ADDITIO.

a ¶Hæreditaria.Etiam hæreditate iacente pōt ɔueniri ad primum decretum ſ̄m Gul.de Cun.& Bal.in l.debitoris.C.e.& eſt caſus ſ̄m Ro.in l.3.de dam.infe.in §.prætor ait ad [illegible] contrarium autem non ſic,ſ̄m Bal.in rub.C.de ſucceſ.edic.Prædicta etiam refert & ſequitur Lud.Rom.conſi.158.

2 *Si agitur de reddenda adminiſtratione priuata, remittendus eſt reus ad locum contractus vel quaſi, ſicut pro reddenda ratione publica, & an poſſit procedi vſque ad ſententiam diffinitiuam,& in quib.caſib.non poſſit procedi vltra miſſionem ex primo decreto.*

3 *Licet per ſolum pactum extra præſentiam iudicis poſſit quis conueniri in loco,in quo non ſortiebatur forum,non tamen forum acquiret.*

4 *Forus qui ſine pacto eſſet competens poteſt per pactum declinari.*

5 *Aduena quando ſortiatur forum in loco contractus uel quaſi, & quando non,& qualiter & quando poſſit contra eum procedi. & nu.7.*

6 *Quod contra eum nō poſſit perueniri ad primum decretum ſine citatione.*

7 *An iudex talis loci poſſit de directo mittere nuncium ſuum ad citandum illum exiſtentem in alio loco ſibi non ſubdito, an debeat ſcribere iudici illius loci ꝙ ipſum citet ex parte ſua.*

8 *Remiſſio ad locum contractus,vel quaſi in quib.caſib.fiat.*

9 *Qui cauſaliter ſe abſentauit pōt ad locum domicilii remitti,& qualiter.*

10 *Remiſſio,an fiat in criminalib.*

11 *Iudex loci contractus,an poſſit pronunciare,ut fiat miſſio in bonis alibi ſitis contra non defendentem ſe,ſi in loco ſuo non reperiuntur bona.*

12 *Scholaris non videtur habere domicilium in loco in quo eſt cauſa ſtudii, & quid ſi ibi ſtetit per decennium.*

13 *Aduena ſi emit mercantias,vel equum non ad credentiam, videtur actū quod ſtatim ſoluat, & ſi non ſoluit poteſt capi & detineri, quia ſuſpectus & fugitiuus.& nu.5.*

1 §.Si quis tutelam. †In loco cōtractus vel qua
ſi ſortitur q̄s forum, vt poſ-
ſit ibi cōueniri. & ſi ſe nō defendat patiaē miſſionē ex primo
decreto,ſi habet ibi aliqua bona,niſi ɔ̄rium expreſſe actū ſit,
ꝙ nō poſſit ibi cōueniri,ſed alibi, & niſi ɔ̄xerit tanquā adue
na,vel viator cito receſſurus, & creditor hoc faciebat,q̄a tūc
nec ſortitur forū,ibi,nec ibi teneē ſe defendere, ſed ī proprio
domicilio. Tunc aūt dr̄ aduena, & viator qn̄ non habebat
hic pergulā vel armariū.alias ſecus,licet nō haberet domici-
liū.h.d.ī effectu iſte §.vulgaris,& ſingularis, ad quem ſemper
remittitur,quia nō eſt melior in iure ī iſta mā.Et primo loq̄-
tur de quaſi ɔtractu vſque ibi,pro non.Scđo de ɔtractu vſque ibi,
nūquid.Tertio reuocat in dubiū illud qđ dixerat ī hoc ſecun
do.ſ.an ſit ſimpl̄r verū,an aūt debeat diſtingui vtrū ɔ̄xerat vt
viator & aduena,an nō vſq;. ibi, quo magis. Quarto rn̄det ꝓ
hac parte ꝙ debeat diſtīgui vſq; ibi,naui.Quīto aſſignat rōnē
diuerſitatis declarando qualiter, dicatur aduena, & qualiter
2 non aduena.¶†In tex. ibi, bona poſſideri patietur,certe hoc
caſu, q̄a agitur de reddenda adminiſtratione priuata ēt ſi ibi
non reperitur,remittendus eſt illuc, ſicut pro reddenda rōne
publica. nā iudex ad locū vbi officiū exercuit remittēdus eſt,
vt ſtet ad ſyndicatū, vt l.j. verſi.ipſe aūt.C. ut tā ciuiles quam
criminales.ī j.lib.& C. vbi de ratiociniis agi oportet per totū.
& hoc tenent Gul.& alij Doc.ꝙ iſte ſit caſus ī quo in ciuilib.

d̄et fieri remiſſio ab locū quaſi ꝯ̄ctus. & iō poſtq̄ tenet̄ ſe ibi
defendere, ēt ſi ibi non reperiatur, poterit ꝓcedi ēt ad ſnīam
vel ſi culpa ſua non exegit a ſe vel ab alio debitore hr̃ditario,
q̃ tenebatur actione temporali, & lapſum eſt tp̃s, & ſic ſunt
liberati. nã actio prima ꝯuertitur in hãc actionẽ, ut in ſimili.
ſ. de neg. geſt. l. diuortio. & ſuꝑ iſto §. eſt vna gl. magna ſuper
verb. culpa, q̃ opponit ɔ̃ hoc, ꝙ ſibi imputatur ſi nõ exegit ab
alio, quia exigere nõ potuit, cũ nõ eſſet hæres, nec bonæfidei
poſſeſſor, & ſic non hẽbat actionem. vt eſt tex. j. eod. l. ſi quid
poſſeſſor. §. pe. ver. aliud gl. ponit. multas ſolutiones quæ conti
nent diuinationẽ. Tu dic vltra gl. & Doct. ꝙ põt intelligi q̃n
non conſtabat ipſum eſſe malæfidei poſſeſſorem, licet re vera
eſſet, ſed reputabat ſe bonȩfidei, quo caſu poterat agere & exi
gere ex quo actio erat tẽporalis, & ſic tp̃e peritura, vt j. eo. l. ſi
3 bonæfidei. † No. tñ primã, & ſecundam ſolõnem glo. ꝙ ẽt il-
le qui eſt verus hr̃s, & ſic habet ius in hr̃ditate, ſi tñ ſcit eam
a poſſe ſibi auferri,[a] quia teſtñ erat inofficioſum, vel ipſe erat ĩ
dignus, non dico incapax, quo caſu põt adire licet ſibi poſ-
ſint auferri, põt dici malæfidei poſſeſſor, quod tene mẽti. Alia
duo dubia declarãtur in ſeq. §. qđ aũt. nam verba Senatuſcõſ.
loquuntur de malæfidei poſſeſſore, & iſtud cõſiſtit in aĩo, q̃n
4 ſcit hȩreditatẽ ad ſe nõ ꝑtinere. † Quid ergo ſi ſciebat, tñ fin-
gebat ſe ne ſcire, & dicebat ad ſe ꝑtinere, q̃uo potero ꝓbare ꝙ
eẽt malȩfidei cũ animus hoĩs ſoli Deo ſit notus? Rñdetur, q̃n
nullã habuit cãm credẽdi ad ſe ꝑtinere, & ex poſtfacto appa-
ret, ꝙ nõ ꝑtinebat, vt ſi nõ allegabat teſtñ ĩ quo eẽt ĩſtitutus,
nec propinquitatẽ ꝑ quã poſſet venire ab inteſta. certe funda
ta eſt intentio mea eo ipſo, ꝙ probo hr̃ditatẽ ad me pertine-
re vt p̃ſumatur ſciuiſſe ad ſe nõ ꝑtinere, & dicatur malæfidei,
& inuaſor. Aliud dubiũ eſt, quid de fructib. & dr̃ ꝙ tenetur đ
5 perceptis & percipiendis, & ſuper iſto §. nõ ſunt glo. † Quar-
tum dubium ſoluitur in §. de e. nam verba Senatuſc. loquũ-
tur de eo, qui fuit malȩfidei a principio, & mente p̃donis in-
uaſit bona, quid ſi erat bonȩfidei. q̃a iuſtã cãm habuit credẽ-
di ad ſe pertinere, ſed ex poſtfacto ſuperuenit ſciẽtia, ꝙ ad ſe
non pertinebat, certe ceſſabunt verba Senatuſconſ. & ſic vide-
bitur ceſſare diſpoſitio, vt ẽt poſt ſuperuenientẽ ſcientiã, nõ
teneatur tanquã inuaſor, vel p̃do, vel malȩfid. poſſeſ. licet de-
beat reputari adhuc bonȩfidei ſicut prius fuit, ſed ɔ̃ determi-
natur, vt reputetur malæfidei inuaſor, & habeat locũ mens
Senatuſcon. licet non verba. Super hoc eſt vna gl. q̃ incipit
refert. in qua opponitur, ꝙ imo reputetur bonæfidei inſpecto
prin. vt j. e. l. illud. gl. rñdet ꝙ quantum ad facilitatem verum
eſt, q̃a nõ tenetur de interitu, licet ſuꝑuenerit malafides ꝑ rõ-
nem, q̃ ibi ponitur, ſed quãtum ad fructus, & ad alios effectus
ſecus. Tu dic ꝙ ibi loquitur, q̃n ſuꝑuenerit ficta malafides ꝑꝑ
motionẽ litis, tñ ipſe credebat adhuc hr̃ditatẽ ſibi pertinere,
& ſic re vera erat bonæfidei tunc ſuperueniẽs malafides ficta
nõ facit eum teneri de interitu, licet bñ faciat eum teneri de
fructib. ſed ſi ſuperuenit vera malafides faciet eum teneri ẽt
de ĩteritu. ¶ † Itẽ opp. de l. qui ſcit. §. qui alieno. & §. fi. j. de vſu-
6 nã. ſi ille eſt malæfidei facit fructus ſuos, ſecus in eo qui ẽ bo.
næfidei. ſed ibi dr̃, ꝙ ſi a principio emptor fuit bonȩfidei, licet
ſuperueniat mala fides, adhuc facit fructus ſuos, ergo quod
hic dr̃ non eſt verum, quia ſi eſſet verũ, nõ faceret ſaltem poſt
ſuperuenientẽ malam fidem. glo. dicit ꝙ ibi ꝑꝑ titulum quẽ
habebat poſſeſſor, qui facit eum reputare oĩ tempore bonæ-
fidei. ſed ſi non haberet titulum, non efficeretur dñs poſt ſuꝑ
uenientem malam fidem. tene menti hãc glo. ſed ibi glo. dat
aliam ſol. ꝙ hic loq̃t in vli, ibi ĩ particulari. Vel dic ꝙ ibi loq̃t
in malafide ficta, q̃ inducit ꝑ motionẽ litis, & illa non nocet
hẽnti titulũ, vt dicit gl. ſecus ſi nõ hr̃et, hic loq̃t ĩ malafide, ve
ra, q̃ vera facit, vt poſtq̃ ſuperuenit non efficiatur dñs, ſiue ha-
beat titulũ ſiue non. Sed tertio oppo. quod inſpiciatur princi.
& non ſuperueniens mala fides. vt clam poſſidere j. de acqui-
ren. poſſeſ. & C. de vſucapion. transfor. l. j. Solu. ibi, quan-
tum

ADDITIO.

a ¶ Auferri. An poſſidens rem ex teſtõ inualido dicatur malæfidei poſſeſſor, adde
vt ꝑ Abb. in c. ſi diligenti, in ver. ſecundus, extra de præſ. & ꝙ qui eſt indignus
dicat malæfidei poſſeſſor, Adde Bal. & ibi Doct. C. de his qui vt indig. Frã. Cur.

tum ad complēdam vſucapionē, vel præſcriptionem in qua
ſufficit bona fides a princip.cum titulo de iure ciuili hodie đ
iure canonico ſecus, ut in c.j.de regu.iur.lib. 6.hic quantū ad
7 alios effectus.¶†Vltimo.oppo.de l.non diſtinguemus.in §.ſa-
tiſdatio. de arb.Solu.erat diuerſa ratio. Quintum & vltimum
dubium ſoluitur ī §.ſcire.qui eſt notabilis, & ſemp allegatur.
nam Senatuſcōſ. loquitur in poſſeſſore malęfidei qui ſciebat
ius & factū,puta, teſtū non eſſe ſolēne, & ſe ex eo non poſſe
eam hæreditatē conſequi,quid in eo qui ſciebat factū,ſed nō
ius puta,teſtū factum fore coram tribus teſtibus tm̄,tm̄ crede
bat ipſum valere,& ex eo ſe poſſe eſſe hæredē,vel ſciebat aliū
propinquiorem ſupereſſe ab inteſtato,tm̄ credebat ſe illi pręfe
rēdū,& ſic erat error iuris, an iſte dicetur malęfidei?& Iuriſcō
ſultus dicit,ꝙ quia iſtá ignorantia iuris excuſat a dolo,& ma-
lęfidei non dicit,niſi qui eſt in dolo,ſic ergo non eſt p̄do.non
tm̄ dicit,ꝙ ſit bonæfidei,& iſta poſſent ſimul ſtare ꝙ nō eſt bo-
nęfidei,nec ēt malæfidei. Sup hoc eſt alia gl. quæ incipit ſi nō
eſt p̄do,Pro cuius declaratione oppono,ſi nō eſt malefidei, er
go eſt bonę,qa iſta ſunt ꝯria, & vno poſito reliquū tollitur, &
econuerſo,& ita ſi eſt bonęfidei facit fructus ſuos vt l.qui ſcit.
§.j.de vſuris.ſi facit fructus ſuos,ergo error iuris prodeſt in ac-
8 quirendo,& lucrando.†Sed ꝯ,qa error iuris prodeſt ī damnis
vitandis, non in lucris captandis.gl.ſol.plurib.mod.Breuiter
a non eſt verum,[a] quod ſi non eſt malæfidei,ſit bonæfidei, quia
eſt dare mediū inter iſta duo, vt ī ſimili dr̄ per gl.ſ̄.de Tribut.
l.j.§.ſcientiā.& no.ī gl.j.C.de acquir.poſ.dic ergo,ꝙ reputatur
bonæfidei quantū ad tres effectus.ſ.vt nō teneat̄ ſi deſiit poſſi-
dere,ſed ſi eſſet malęfidei, teneret̄ acſi poſſideret,qui dolo vi-
deret̄ deſijſſe,vt in verbis Senatuſcon.Secūdo vt nō teneat̄ de
perceptis, & ꝯſumptis ſi nō eſt effectus locupletior,licet ſecus
ſi eſſet malæfidei.Tertio,vt nō teneat̄ de percipiendis.ex̄ iſtos
caſus reputatur malęfidei, & ſic efficit̄ dn̄s fructuū p̄ceptorū
& iſta eſt veritas,licet per gl & Doct.non tangatur.& vide qđ
9 no.in l.nunquam.§. 2.vel 3.de vſucap.& l.Celſus.¶†Vlt.no.ex
b tex.in fi.ꝙ error[b] iuris excuſat a dolo,& ad hoc ſemp allegat̄,
& ſic in delictis in quibus requirit̄ dolus, quod qn̄ ſit, vide qđ
no Bar.in l.j.ſ̄.ſi quis te.li.eſſe iu.non poterit accuſari, nec pu-
niri ille qui errauit in iure.Item allegatur quod quęlibet cau-
c ſa etiā iuſta,[c] excuſat quem a dolo,vt ēt no s̄.ſi quis ius di.nō
obtemp.l.j.circa finem gl.mag.

ADDITIONES.

a ¶ Breuiter non eſt verum.Adde ad hæc directa Pau.hic D.Fran.Cur.in ſuo con
ſi. 7 1.col.6.& ſeq.qui pręditca refert.

b ¶ Error iuris.Adde eundem Pau.de Ca.in conſi.3.inci.in cauſa quę col.fi.in no
uis.& adde ꝙ talis error in præſ.lon.temp. cauſat bonam fidem.ita ipſe Pau.de
Caſt.in conſi.45.col.2.in nouis inci.circa primum caſum,ſed contrarium tenet
D.Alex.de Imo.in conſ.ſuo 73.col.pen.ver.vnde dictus.in 2. vol.& in conſilio
46.col.pen.verſi.& no.in 3.vol.de quo per Doct. in c.de ui.de præſcriptionib.
Fran.Cur.

c ¶ Cauſa etiam iniuſta.Adde eundem Pau. de Caſt.in conſi.273.in antiquis col.
j.& in iii.col.fi.ī nouis ſm vltimam impreſſionem.& Alex. de Imo.in conſ.92.
col.pen.in j.vol. & Ang.Are.in trac.maleficiorum.in verbo falſario,& adde Fr.
de Are.in conſi 154.per totum.vbi latiſsime.maxime in prin.ꝙ error iuris ex-
cuſat a pœna fraudationis.aduerte tm̄,quia inquantū dictum eſt, ꝙ quælibet cā
etiā iniuſta excuſat a dolo , intellige niſi ſit cauſa reprobata a iure naturali vel
ciuili notorio,& in dubitato,ita Ang.l.ex conſenſu.§.ſi. quem ibi ſequitur Ioā.
de Imo.infra de appel.& refert,& ſequitur D.Alex.in conſi.103.col.pe.ver.&
daro.in j vol.Fran.Cur.

1 *Diuiſio ponitur præſentis §.*
2 *Motio controuerſiæ in iudiciis particularib.non facit poßeſſorem reputari malęfidei,ſed litis conteſtatio.& quid in rei vendicatio.& nu. 5.*
3 *Imputatur alicui cur non occupauit , licet reprehendatur de occupatione aliarum rerum.*
4 *Iuramentum in litem,an detur contra deſinentem dolo poſſidere,an cōtra poſſeſſorem.*
5 *Ad deferendum iuramentum in litem in actionib.bonæfidei non requiritur contumacia in non reſtituendo ad mandatum iudicis,ſed ſufficit dolus in deſinendo poſſidere,& quid in actionib.ſtricti iuris.*
6 *Proteſtatio facta a me tibi , ꝙ non emas talem rem,quia non eſt uendentis,ſed mea ,ſi poſtea emas facit te malæfidei poſſ.*

1 §.Si ante litem.

¶†Vſq;ad §.conſuluit,declarant̄
hic alia quinque dubia circa di-
cta verba.Primum vſque ibi,perinde.Secundum vſq; ibi,ſiue.
Tertiū vſq; ibi, vtrū . Quartū vſq; ibi,hæc verba. Quintū vſq;
2 in fi.& h.d.†malæfidei poſſeſſor,qui dolo deſiit poſſidere etiā
ante litem cont.teneatur, ac ſi poſſideret.poſt litem vero con
te.vel controuerſiam motam ēt bonæfidei tenetur, qa efficit̄
malæfidei iuris pręſumptione. Item dr̄ deſinere dolo poſſide-
re non ſolum qui dimittit quod habet, ſed ēt qui omittit qđ
hr̄e poterat.h.d.¶Primū dubium eſt,quia verba Senatuſcon-
ſul.dicunt de malæfidei poſſeſſore , qui dolo deſiit poſſidere,
ante litem conteſta.quare hęc dixit? nonne etiam ſi poſt mul
to magis debet teneri, ac ſi poſſideret?certe ſic. Tm̄ ideo dixit,
quia erat malæfidei, & ſic teneretur ēt ſi ante conteſt. deſinat
licet ēt ſi poſt teneatur, tm̄ tunc non ſolū malæfidei, ſed ēt bo-
næfidei tenetur,quia poſt conteſta.efficitur malæfidei . & etiā
pręędo,quinimo ēt poſt motionem cōtrouerſiæ hac actione,
licet non ſic in aliis particularib. vt motio cōtrouerſiæ facia
eū reputari malæfidei,ſed ſola conteſtatio. Et dic, ꝙ reputat̄
malæfidei iuris p̄ſumptione, licet quidā diceret ꝙ ita demum
ſi appareret de malafide.ſed tunc hoc ſolū ſufficeret abſque cō
teſtatione.Dic ergo vt dixi,ꝙ iſta probatio non requiritur,ſed
ex conteſtatione vel motione cōtrouerſię reſultat p̄ſumptio
3 malęfidei,& ſic eſt ficte malef.¶†Secundū dubium.§. perīde
ſenatuſc. loqtur de poſſeſſore, q dolo deſiit poſſidere id quod
poſſidebat.Quid ſi nunq̄ poſſedit aliquā rem,tm̄ potuit poſſi-
dere,& noluit,& ſic eſt predita,quæ tm̄ non fuiſſet perdita,an
teneatur? vr̄ ꝙ non.nam ſibi imputatur cur occupauit bona,
ergo non debet imputari cur non occupauit . Cōtrarium dr̄
in fi.quia poſtq̄ incæpit occupare,debebat ēt iſtam occupare
ne perderetur.& ſic no.vnū mirabile,qa imputatur alicui cur
nō occupauit,licet reprehēdatur de occupatione aliarū rerū.
¶Tertium dubium ī §.ſinaūt.poſſ.malæfidei deſiit poſſidere,
& poſſeſſio ad aliū p̄uenit, an poſſit ipſe qui deſiit poſſidere ,
conueniri ex verbis Senatuſcon.vr̄ ꝙ nō, eo caſu,quo nullus
poſſideret,quia eſſet perempta,quia tunc non eſt contra quē
ſuccurratur ad rem.nunc vero ſubeſt iſte poſſeſſor.vnde non
vr̄ agendū ꝯ non poſſeſſorē.Contrarium dr̄,ēt ſi peruenit ad
multas manus,& ſic pn̄t oēs cōueniri tam poſſeſſor,q̄ illi qui
dolo deſierunt poſſidere.An aūt vno ſoluente liberetur alter
dic,vt s̄.e.l.nec vllū.§.pen . ¶Quartum dubiū eſt de fructibus
vtrū poſſint repeti non ſolū a poſſeſſore,ſed ēt ab eo, qui do-
4 lo deſiit poſſidere.¶†Quintū & vlt.eſt de iurō in litem,an de
tur ꝯ poſſeſſorē , an ēt ꝯ dolo deſinentē poſſidere? & videbat̄
ſolū ꝯ poſſeſſorē,quia defertur p̄p contumaciā cōmiſſam de
non reſtituendo ad mandatum iudicis , ſed poſſeſſor ſolus eſt
qui pōt hanc cōtumaciā cōmittere, cum hēat facultatē reſti-
tuendi . qui vero dolo deſiit poſſidere,non pōt eū cōmittere,
quia forte ſumma ope nixus recuperare nō potuit,& ſic licet
cōmiſerit dolū in deſinēdo poſſidere, nō ſic in nō reſtituēdo.
5 ꝯrium tm̄ dr̄ in iſto §.hæc verba.ex quo no. † quod ad deferen-
dum iurm̄ in litē in actionib.bonæfidei,nō requiritur contu
macia in nō reſtituendo ad mādatū iudicis, ſed ſufficit dolus
in deſinendo poſſidere, licet cōmittatur in nō reſtituendo ad
mandatū iudicis , ſed in actionib. ſtricti iuris vr̄ requri dolus
in nō reſtituendo ad mandatū iudicis,nec ſufficit primus do-
lus,vt ſ̄.de rei vendic.l qui reſtituere.in fi.& circa hoc vide qđ
dixi in l.actionib.ſ̄. de in litem iuran.vbi allegaui iſtū tex.& l.
ſi fundus. §. ſi vendicatione.ſ̄.de pigno.licet Bar.aliter videat̄
intelligere. ¶In gl.j.quę incipit ſpeciale.ibi,ſecus in ſinggula-
rib.dic,alii dicunt idem in rei vendicatione, ut ibi no.per Cy.
quod poſſet forte eſſe verū in poſſeſſore nō habente titulum
vt per ſolā motionē controuerſię conſtituatur in malafide,
ſecus ſi habeat titulum , quia tunc requiritur litis conteſta.ut
6 in hac gl. ¶†In gl.ibi,quādoq; idem video.dic iſtud procedit
qn̄ controuerſia,vel conteſtatio fit antequam qs incipiat poſ
ſidere,ſit proteſtor quod non emas talem rem , quia non eſt
vendentis,ſed mea.nam tunc ſi emis,es malęfidei , ita loqtur
l.quam gl.allegat l.ſi fundus.C.de rei uend.ſin autem poſtquā
emiſti denunciem, non conſtituam te in malafide abſque cō
teſtatione litis,ut d.l.certum. & d.l.ſi fundus.

1 *Poſseſsor bonæfidei,quod teneatur vltra quam ſit effectus locupletior , & quare .*
2 *Donatarius tenetur ad antidora,quæ eſt contraria donatio,& oritur obligatio naturalis.*
3 *Si credens ſe ex illa obligatione efficaciter teneri per errorem iuris ſoluat, an poſſit repetere per conditionem indebiti.*
4 *Bonæfidei poſſeſsor hęreditatis quando non conſumpſit bona hęreditaria, ſed propria propter hæreditatē,quod alias non feciſſet quod non poterit retinere hæreditatem contra verum hæredem, ac ſi ipſam conſumpſiſset.*
5 *Si autem conſumpſit de hæreditate, & pertinebat dimidia ad eum, tamen putabat ad ſe totam pertinere,reſtituet dimidiam eius quod ſupereſt, & quid ſi in hæreditate nullū ius habebat , & fuiſset alias conſumpturus de ſuo,an & quid reſtituat & nu.6.*
6 *In dubiis eligitur media uia.*

1 §.Item veniunt.

¶†Hic incipit exponere quar
tam partem uerborū Senatuſ.
quę ponuntur in l.itē ueniunt.§.pridie.uer.ante eos.de bonęfi
dei poſſeſſore,ꝙ non tenetur ultra q̄ ſit effectus locupletior,
ne bonafides ſit ſibi nociua, non tm̄ quod habeat aliquid lu-
crari,ut l.ſi & rem & pretiū.ver.nam & oratio.¶Et circa par-
tem iſtā formantur aliqua dubia, & ſoluūtur vſq; in fin.legis
2 & vſq; ad §.item ſi rem diſtraxerit.formant̄ quatuor.†Primū
eſt,qualiter intelligātur verba Senatuſcō. vt nō teneat̄ de his
in qb.nō eſt locupletior , & rn̄det,ꝙ intelligitur hoc modo,
vt ſi ꝯſumat bona hæreditaria, in quib.ipſe poſſeſſor nullum
ius habet,ſi talē ꝯſumptionē nō fuiſſet facturus de ſuo,ſi hæ-
reditatē illā nō occupaſſet, nō tenet̄ vero hr̄di in aliquo,ēt ſi
p ꝯſumationē aliquē obligaſſet, nāl̄r tm̄ ad antidora,niſi anti
dora recipiſſet,qa tūc illā reſtituere teneret̄. & iſte §.ſp allegat̄
ad

ad iſtud,ꝙ donatarius teneẽ ad antidora quę eſt ꝯ̃ria donatio:
a & oriẽ obl'o naturalis[a] ex inſtinctu naturę,q̃ eſt vt bñfacienti-
bus nobis bñfaciamus,vt ſi tibi dono,ſtatim inſtinctus nãæ te
oblgat ad idẽ faciẽdũ mihi.tñ iſta obl'o nãlis, q̃ nõ prouenit
ex cõſenſu partiũ,eſt minoris efficaciæ, q̃ illa q̃ oriẽ ex pacto
nudo:& ſic ex ꝯſenſu partiũ,vt hic gl. vult.Et de iſta nãli q̃ nõ
parit actionẽ tãgiẽ ꝑ glo.in l.ex hoc iure.ſ.de iuſt. & iur. & de
ea hr̃ ẽt in l.reſto.§.mulier.ĵ.de fideiuſſ.& l.ſi nõ ſortẽ.§.liber-
3 tus.de cõdi.indebi.†Et ſi quis credat ſe teneri efficaciter ex di-
cta obligatione, & tñ non teneẽ, ſi ſoluat per errorem iuris,
an poſſit repetere ꝑ cõdõnẽ indeb. tractaẽ in locis p̃alleg. Se-
4 cũdũ dubiũ eſt,†qñ non cõſumpſit bona hr̃ditaria: ſed bona
propria ꝑꝑ tñ hæreditatem, quam putabat ad ſe perueniſſe,
qđ tñ alias nõ feciſſet: an poſſit retinere hr̃ditatẽ ꝯ̃ verũ hęre
dem tanquam ipſam cõſumpſiſſet, licet nõ cõſumpſerit, ſed
cõſumpſit bona ꝓpria ꝑꝑ illam?videbaẽ ꝙ ſic, attẽta æquita-
te:tñ ꝯ̃rium dr̃, poſtquam nihil attingit de hr̃ditate, ẽt ſi rem
hr̃ditariam obligauit. Reſtituet ergo totam hr̃ditatem,& dã-
5 nũ cõſumptionis erit ſuum. & in ſeq.§.ſi quis. †Tertium du-
bium eſt,ꝙ ſi cõſumpſit de hæreditate,tñ illa hr̃ditas pertine
bat ad eũ,puta,dimidia, & partim ad alerum,ipſe tñ putabat
ad ſe totam pertinere,& ꝯſumpſit tñ, ꝙ faciebat dimidiã, de
qua dimidia vr̃ cõſumpſiſſe?an de dimidia cohr̃dis, q̃a nunc
nihil teneretur ei reſtituere, vt in §.j. an de propria,quia tunc
teneẽ totũ reſtituere, & damnũ cõſumptionis erit ſuũ,an de
vtraq; pro rata, q̃a tunc reſtituet dimidiã eius qđ ſupereſt,&
in alia dimidia erit ſuũ?& determinat pro iſta parte attẽta ęq
6 tate:& hoc in §.adeo.†Et ſic no. ꝙ eligiẽ media via in dubiis.
Contra gl.opp.de l.Neſennius.ſ.de neg.geſt. & ſoluit, vt in gl.
& p̃dicta qñ non fuiſſet cõſumpturus,ſi hr̃ditatẽ nõ haberet,
& ſic conſumpſit in malos vſus. Quartũ & vltimũ dubiũ eſt,
qñ ꝯſumpſit de hr̃ditate in qua nullũ ius habebat, tñ ſi hr̃di-
tatẽ nõ haberet aliquid fuiſſet cõſumpturus de ꝓprio, ꝓ ſuis
neceſſarijs impẽſis familiarib. puta penũ hr̃ditariã habuit, &
ſi illã nõ habuiſſet, de ſuo fuiſſet partim cõſumpturus, puta,
quinquaginta ſalmas vini,q̃ erãt neceſſariæ ꝓ ſua familia:ipſe
cõſumpſit de penu hr̃ditaria.lxxx. certè reſtituet quinquagin
ta quas de ſuo fuiſſet ꝯſumpturus, ẽt ſi hr̃ditatẽ nõ habuiſſet.
reſiduũ nõ reſtituet,q̃a nõ fuiſſet illud ꝯſumpturus ſi hr̃ditatẽ
nõ habuiſſet:vñ ſi reſtitueret, remaneret in dãno & h.d.in §.
quod aũt ſi quis.vſq; in finẽ. & ꝓbat Iuriſcõſultus per caſum
ſimilẽ de reſcripto diui Marci. de quo ĵ.ad Trebell.l.Titius.

A D D I T I O.

a ¶Obligatio naturalis. Adde de hoc,& dic vt per Bar.in l. ſi non ſortẽ.§.ſi liber-
tus.infra de cond.indeb.& per Doc.Mod.in rep.rub. infra de verb.obl.Cur.

1 *Bart.reputat iſtum §. valde difficilem.*
2 *Bonæfidei poſſeſſor nec directo,nec per indirectum debet teneri vltra quã*
ſit locupletior.
Emptor conuentus ad rem poteſt ſe defendere ex perſona venditoris, &
opponere exceptionem concernentem perſonam venditoris.
3 *Auctor ſingularis poteſt venire ad defenſam illius, qui habet cauſam ab*
eo: & ſuſcipere in ſe iudicium etiam inuito actore: & reus habet exce-
ptionem ex ſua perſona ne conueniatur ipſe poſtquam auctor ſuus iudi-
cium in ſe ſuſcepit: & qualiter intelligatur.
4 *Si verus hæres eligat precium,& illud conſequatur. quòd non poſſit agere*
ad rem contra emptorem. & quid ſi eſt malæfidei.

1 §.Item ſi rem. †Iſte §. reputatur difficilis valde ſe-
cũdũ Bar. mihi tñ vr̃,ꝙ difficultas
procedit ex cõfuſione verborũ tam gloſſarũ, q̃ ipſius in poſi-
tione caſus.Sed re vera de ſe vr̃ clarus,ponendo caſum prout
iacet litera de plano. nam in effectu hoc vult, ꝙ qui emit rẽ
hr̃ditariã a bonæfidei poſſeſſore, & precium ſoluit,poſſit con
ueniri rei vendica.a vero hęrede, nec poſſit verus hæres ab eo
repelli per except.ne fiat præiudicium petitioni hr̃ditatis mo-
uendæ ꝯ̃ venditorẽ ſuper precio, q̃a moueri nõ põt per rõnẽ
poſitã in tex.& ei qđ non eſt,nõ poteſt præiudicium fieri.Fal-
lit tñ in trib.caſib.in quib.nõ põt poſſeſſor conueniri,ſed põt
verum hæredem repellere. Primus eſt, qñ concurrunt duo ſ.
ꝙ ipſe emptor habeat regreſſum de euictione ꝯ̃ venditorem,
& ꝙ venditor precium conſumpſerat,& ex eo nõ ſit effectus
locupletior: quia tunc habet exceptionem emptor ex perſo-
na venditoris ne teneatur vltra q̃ facere poſſit. Secũdo fallit,
qñ vẽditor compareret in iudicio, & ipſum.ſ.ſe ſuſciperet:q̃a
tunc emptor exceptionem hẽt ex perſona ſua, vt cõueniatur
venditor auctor ſuus, poſtquã ſe cõferat liti.& non ipſe. Ter-
tio fallit, quando verus hr̃s ꝑ prius egiſſet ad preciũ ꝯ̃ vẽdito
rem, & fuiſſet ipſum cõſecutus:quia tũc nõ debet poſtea pete
re rẽ,cum videatur ratificare venditionem, & nõ dẽt habere
rẽ & preciũ, hoc dicit in effectu vſq; in finẽ l. & diuido aliter
q̃ facit Bar.Primo ponitur thema, & quæſtio vſque ibi:q̃a nõ
vr̃. Secundo ponitur vna rõ, ꝙ verus hęres agere poſſit, nec
poſſit repelli per exceptionẽ ne fiat p̃iudiciũ petitioni hr̃di-
tatis mouẽdæ ꝯ̃ venditorem ſuper precio: q̃a nõ põt moueri
ẽt ſi vẽditor ex præcio effectus eſt locupletior, q̃a teneẽ iſtud
reſtituere emptori,ergo nõ vero hr̃di,nec teneatur vltra,q̃ fa-
ctus ſit locupletior,& hoc vſq; ibi [non puto.] Ibi ſolui ꝓ iſta
parte: ꝙ poſſit verus hæres vendicare vſq; ibi. niſi.ibi poſtea
ponit tres exceptiones per ordinem,vt dixi in ſummario.¶In
tex.ibi,q̃a non vr̃. dic ẽt ſi venditor ex precio fuit effectus lo-
cupletior,licet thema fuerit ꝓpoſitũ, qñ nõ erat locupletior.
nã ẽt ſi locupletior ſit factus,nõ põt eſſe locus petitioni hr̃di-
tatis mouendæ ꝯ̃ vẽditorem ad precium, quia ſi verus hæres
obtineat ꝯ̃ emptorem,ipſe emptor habet regreſſum ꝯ̃ vendi-
torẽ ad preciũ datũ, & vẽditor ei teneẽ reſtituere: ergo non
vero hr̃di, q̃a ſic teneretẽ vltra q̃ eſſet locupletior, quod eſſe
nõ debet.Bar.aũt dicit ꝙ thema, & qõ ponitur vſq; ibi;ꝙ præ-
iudicium, & ꝙ poſtea ponuntur ibi tres rationes ad partẽ ne-
gatiuã, ꝙ nõ poſſit repelli verus hr̃s, vſq; ad verſic.& puto.&
hæc eſt vna infraſcatio verborũ, qualiter iſtæ rõnes formanẽ.
ideo non placet iſta diuiſio:ideo ꝙ thema, & qõ durat vſque
ad iſtũ verſi.q̃a nõ vr̃.& ꝙ ſequens verſi. ꝙ pręiudicium.con-
tinetur cũ præcedentib.& declarat quę erat iſta exceptio,quã
emptor volebat opponere ꝯ̃ agentem, quã dixerat.ſ.an exce-
ptio repellaẽ &c.quia erat exceptio, ne per hoc iudiciũ parti-
culare faceret præiudiciũ vniuerſali,ideſt,peti.hæred.mouẽdę
ꝯ venditorẽ ad preciũ,& hic arguit, ꝙ iſta exceptio nõ habet
locum,q̃a non põt agi ad preciũ ꝯ̃ venditorem,ſi actor abti-
neat ꝯ̃ emptorem,ẽt ſi venditor ſit locupletior, & preciũ ha-
beat,q̃a tenetur ipſum reſtituere emptori,ergo nõ vero hr̃di:
& ſic reſtitueret duob.& ſolueret vltra q̃ eſſet locupletior: nã
& ſi venditor eſſet malefidei,vere recuperaret ab emptore,&
liberareẽ vẽditor a vero hærede.vt ſ.eo.l.nec vllam.§.pen for-
tius ſi eſt bonæfidei poſtea in verſic.& puto,determinat ꝓ iſta
2 parte: deinde facit tres exceptiones, vt patet per ordinẽ. † Et
ſic nota ꝙ bonæfidei poſſeſſor nec directo, nec per indirectũ
debet teneri vltra quam ſit locupletior. Item ꝙ emptor con-
uentus ad rem põt ſe defendere ex perſona venditoris, & op-
ponere exceptionẽ cõcernentẽ perſonã venditoris,vt hic pa-
tet:nã ꝙ iſta exceptione teneaẽ vltra q̃ ſit locupletior, nõ cõ-
cernit perſonam emptoris, ſed vẽditoris, & tñ emptor poteſt
3 eam opponere. ¶†Item no.in verſic.qui tñ.ꝙ auctor ſingula-
ris põt venire ad defenſam illius, q̃ hẽt cauſam ab eo, & ſu-
ſcipere in ſe iudicium ẽt inuito actore.& reus habet exceptio
nem ex ſua perſona, ne cõueniatur ipſe,poſtquã auctor ſuus
iudicium ſuſcipit in ſe: qđ qualiter intelligatur, dic vt not.in
l.j.C.vbi in rẽ actio. & l.ſolutũ. & l.iudiciũ.ĵ.de ſolu.facit.ſ.de
4 procu.l.ſi actor malit.cum ibi no.¶†Vltimo no.ꝙ ſi verus hę
res eligat precium,& conſequaẽ,nõ põt agere ad rẽ ꝯ̃ empto-
rẽ.ſed ꝯ̃ de dicta l.nec vllam.§.pen.ſ.eod.ti.Sol.ibi loquitur in
poſſeſſore malæfidei,qui deſiit dolo poſſidere:vñ rõne doli te
netur ad verum precium, & quatenus iuratur in litem potius
in pęnam,q̃ ad intereſſe.hic loquitur in poſſeſſore bonęfidei,
q̃ nõ tenetur niſi ad preciũ perceptũ, & nõ loco pęnæ, ſed lo-
co intereſſe, ideo ſoluendo p̃ciũ liberat poſſeſſorem, quia nõ
dẽt verus hæres habere rem, & precium,& quia petendo, &
conſequendo precium approbat vẽditionem, & ſic liberatur
emptor ſicut hic dr̃, qñ exegit a debitore hæreditario, & exa-
ctum reſtituit vero hæredi, liberatur debitor. Iſte ergo §.non
habet locum in malæfidei poſſeſſore,quia ille ſine dubio põt
conueniri.Nec ẽt ob.l.nec vllam.§.ꝙ ſi quis.ſ.eod.quia ibi lo
quitur in eo qui emit hæreditatem, vel eius quotam,ꝯ̃ quem
põt agi petitione hæreditatis per rõnẽ quæ ibi poniẽ, ſed hic
emit rem ſingularem, & ſic non poteſt conueniri petitione
hæreditatis,ſed rei vendica.vt hic dr̃ in princip.& habebit ne-
ceſſe actor probare dominium, quod non eſſet in peti.hære-
dita.Cætera dic,vt ibi per Bar.nam glo.quæ ſunt hic,non ten-
dunt niſi ad declarationem literæ.

L E X XXXIIII.

1 *Diuiſio ponitur præſentis legis in quatuor partes.*
2 *Vna & eadem ſolutio non debet parere condictionem indebiti, ſeu repeti*
tionem & liberationem eodem tempore.
3 *De ſpecie ad quantitatem non fit compenſatio.& quando,& qualiter fiat.*
Poſſeſſor hæreditatis ſi ſoluit creditorib. hæreditatis, & poſtea verus hæ-
res ab ipſis creditorib.conueniatur, qualiter poſſit contra eos excipere.
4 *Si talis poſſeſſor qui ſoluit erat malęfidei, & ſic ſcienter ſoluat: an ſolutum*
repetat per condictionem indebiti.

1 SI poſſeſſor. ¶†Lex iſta diuiditur in qua-
tuor partes. Secũda incipit in
§.ſed ſi ipſi.Tertia in §.ſicut aũt.Quarta in §.quod
aũt.Et in prima parte tractatur, an poſſeſſor hære
ditatis conuentus,& condemnatus,qui hęreditatem reſtituit,
poſſit imputare, vel deducere vero hęredi id quod ipſe ſoluit
creditoribus hæreditariis, ſiue ſit bonæfidei, ſiue malæfidei
poſſeſſor, & ſiue ſoluit de ſuo, ſiue de hęreditate, & ſiue ſol-
uit nomine ſuo,ſiue nomine hęreditario, ſiue hęredis,vel ve-
ri hæredis. In ſecunda parte tractatur, an poſſit deducere id
quod ſibi debebatur a defuncto, & per conſequens etiam ab
hr̃ditate,vel ab hr̃de vero,ſiue debereẽ nãliter tm̃,ſiue nãliter
& ciui-

& ciuiliter. In tertia parte, an poſſit deducere ſumptus quos
fecit in rebus hære.lis. & ſi non fecit, cum facere deberet, an
poſſit ſibi imputari, vt tanto plus reſtituat. In quarta parte tra
ctatur econuerſo ad primā, ſi ſibi fuit aliquid ſolutū a debito
rib. hīditariis, vel occaſione hęredi. an illud teneať reſtituere.
& iſtæ tres vlt. partes ſunt claræ in tex. nec hēt gl. difficiles. Pri-
ma pars vero licet ſit clara in tex. tñ pp multiplicitatē caſuū
occurrentiū hēt gloſ. longas & intricatas. & hoc dicit prima
pars. Si poſſeſſor hæreditatis ſoluat ſuo noīe creditoribus hæ-
reditatis non liberat verū hīdē ipſo iure, ſi tñ vult, q ſolutio ce
dat ad cōmodū veri hīdis, liberat ipſum ope exceptionis, &
ceſſat conditio indebiti quam habebat. & ſi erat malæfidei,
tenetur cauere de defendendo verū hīdem. ſi vero bonæfidei,
non tenetur cauere. h.d. ¶ Et aduertendum q hic loquitur, qñ
poſſeſſor ſoluit ſuo noīe, qđ in dubio pſumiť ſi erat boneſi-
dei, & credebat ſe hīdē. & ſi nõ erat mota lis ſuper hīditate,
nā tūc non credit agere negocia alterius, ſed ſua. ſed ſi dubita
ret an ad ſe pertineret, vt qa iā erat mota lis, tunc vř ſoluiſſe
noīe ſuo, ſi contingat ipſum obtinere in lite. Si vero contin-
gat ipſum ſuccūbere, cenſeť ſoluiſſe noīe veri hīdis, & hoc
vult hic glo. notab. ſuper verbo ſuo noīe. in fi. quā ita declara
uit vt dixi, & per eam declarantur multi tex. & multę glo. lo-
quentes de hoc, vt C. eod. l. de hęreditate. & ff. de condictio. in-
deb. l. ſi pęnæ. §. j. An aūt ſoluetur de pecunia propria, an hīdi
taria, tex. nõ aperit. ſed vtroq; mõ pōt intelli, nā Ioannes intel
ligit de ppria. Sed Azo, & ſequaces, q de hīditaria. & in hoc
conſiſtit dſia inter prędicta, quia qui non ſoluit ſuo noīe, tūc
non liberat verum hīdem ipſo iure, vt in prin. ſed ope exce-
ptionis ſic, vt in fin. Si tñ ſoluens ipſi hīdi imputat, vel minus
recipiendo ſi ſoluit de hīditate, vel eidē reſtituēdo. ſi ſoluerat
de propria pecunia, tunc ceſſat cōdõ indebiti, ſed antequam
hoc fiet, ipſe poſſet repetere ab illis quibus ſoluit, quia ſoluit
indebitū reſpectu ſui, licet creditores receperunt debitum. &
ipſe verus hīs non eſſet liberatus, nec ipſo iure, nec ope exce-
2 ptio. † Quia eadem ſol. non dēt parere condõnē indebiti, & li
berationē eodē tpe, vt l. cū is. §. j. de condi. indeb. ſed ſi ſoluiſ-
ſet noīe veri hīdis, puta, quia ſoluit poſt motā cōtrouerſiā, &
fuit victus in cā hīditatis, tūc ſoluendo liberaſſet hīdē ipſo iu
re, quia facta noīe veri debitoris, & ſoluens non haberet con
dõnē indebiti, ſed ſolum poſſet imputare vero hīdi. vel tanto
minus reſtituendo, quāto ſoluit de hīditate, vel faciendo ſibi
reſtitui ſi ſoluit de ſuo, & ſi hoc nõ feciſſet, poſſet agere actio
ne neg. geſt. ꝯ verū hīdem, quia geſſit negocium ſuū ipſo ge-
ſtu l. ſoluendo. ſ. de neg. geſt. Item eſt alia dſia, an ſoluerit de
ſuo, vel de hīditate, quia primo caſu ſtatim traſtulit dñium,
& ſic ſtatim eſſet nata cōdõ indebiti, ſi ſoluiſſet ſuo noīe, ſed
ſi ſoluit de hīditate, nõ trāſtulit ſtatim dñium, quia non erat
dñs, ſed verus hīs, & ſic condõ indebi. non ſtatim naſcitur ſe-
cuta conſumptione, vel interueniente ratihabitione hīdis. &
ſimiliter ſi ſoluit de ſuo, & nomine veri hæredis, ſtatim verus
hæres eſt liberatus, ſed ſi de hęreditate, non ſtatim, ſed ſecuta
conſumptione, vel ratihabitione, & in hoc conſiſtit gl. ſecun-
da quæ incipit. ſ. de ſuo. Pro decſone gl. quæ incipit. ſ. de ſuo,
opp. ꝯ tex. nā hic dř, q ſoluit ſuo noīe, & poſtea in ver. niſi di-
cit q hēt cōdõnē indebiti, quia ſoluit tanquam debitor cum
non eſſet, & ſi hoc eſt, nõ ſolū verus hīs non fuit liberatus ip-
ſo iure vt in principio, ſed nec ope exceptionis debuit libera-
ri, cuius ꝯrium hic dř in fi. qa eadē ſolutio nõ dēt parere repe-
titionē, & liberationē. l. cū is. §. j. de cōdi. indebi. Timore huius
debes pręmittere, q hic fuit dſia inter Io. ex vna parte, qui te-
nuit q ſoluit de pecunia propria. & Azo. qui tenuit qđ ſoluit
de hīditate p tex. q dicit q ſi hēt cōdõnē indebiti ex hoc vř
locupletior. ſed ſi de hīditate, tūc bñ pōt dici locupletior, qñ
hēt hāc actionē. vt ſ. eo. l. qđ ſi poſſeſſor. hoc pmiſſo rñde ad
ꝯrium, q eodem tpe nõ pōt eadē ſolutio parere repetitionē,
& liberationé, ita q utrunq; poſſit fieri ſimul, ſed diuerſis tē-
porib. vna deficiēte pōt alterā ſubſiſtere, tenēdo opi. Io. q ſol-
uerit de ſuo, tūc ab ipſo principio nõ fuit hīs liberatus ipſo
iure, nec ope exceptionis, ſed ſoluenti nata fuit condõ indebi
ti aduerſus illos qb. ſoluerat, ſed ſi nõ vult ea vti, qa forte non
expedit, cū ſint abſentes, vel nõ ſoluēdo, iõ vult imputare hæ-
redi. & imputauit qđ facere potuit, vt hic ex tūc cōdõ ſibi na-
ta deficit, & vero hīdi contingit liberatio ope exceptionis,
& eidē cedenda eſt cōdõ indebiti p ſoluentē, q̄ licet apud eū
eſſet inutilis, erit apud ceſſionariū, qa ſi creditores agāt ꝯ ve-
rū hīdē, qui nõ fuit liberatus ipſo iure, verus hīs excipiet, vos
tenebamini cōdõnē indebiti ſoluēti, & ipſe ſoluēs eam mihi
ceſſit & ego ſibi reſtitui, cōpēſemus ergo inuicē, qđ ego vobis
debeo, cū eo qđ vos mihi debetis ex pſona ſoluētis, & iſta erit
exceptio de qua in tex. in fi. Si aūt tenemus opi. Azo. q ſoluit
de pecunia hīditaria, nõ eſt nata ſoluēti cōdõ indebiti, tāquā
pecunia conſumpta, qa nõ fuit trāslatū dñium, iõ pōt p verū
hīdē pecunia vēdicari, nec pōt ei opponi exceptio ſecūdum
gl. de eo qđ ipſe teneť creditorib. quia nõ petiť pecunia, tanq̄
pecunia, ſed tanquam corpus hīditarium, & ſic tanquā ſpēs,
3 † & de ſpecie ad quantitatē [a] non fit compenſatio, ſecundum
a gl. ſed alij tenent ꝯrium, quia qñ petitur pecunia ſiue ut ſpēs,
ſiue ut pecunia, fit ꝯpēſatio. ff. ſi cer. pet. l. cū fundus. §. cū ſeruū
tuū imprudēs ſecuta ergo cōſumptione, & ſic nata cōdõne
indebi. idē erit qđ in caſu pcedēti, vt illa tollať in effectu, ſi ſol
uens ſtatuat q cedat ad deliberationē hīdis, q dicta cōdictio
hīdi cedatur, & ex tūc naſcetur liberatio ope exceptio. Non
ergo eodem tpe naſcitur cōdõ, & cōtingit liberatio, ſed diuer
ſis tporib quia condõ naſcitur, & liberatio non, poſtea con-
dictio ceſſat, & liberatio ſurgit. & hæc eſt intentio glo. per ver-
4 ba obſcura. ¶ † Ex iſta gl. vlt. magna notandum eſt, q in princ.
ſui dum tex. in fi. dicit, q verus hīs ſi conueniať a creditorib.
poterit vti exceptione, licet non fuerit liberatus ipſo iure. glo.
hoc declarat dicendo, q iſtud eſt verum in omni caſu. ideſt ſi-
ue ille ſoluerit ſuo noīe, vt in tex. ſiue noīe hīditario, & noīe
hīdis, & tūc multo magis, quia tunc eſt liberatus ipſo iure, &
ſic eſt exceptio facti, ſiue intentionis. Itē ſi ſoluat de ſuo, ſiue
de hīditate. In primo tñ caſu, ſtatim ēt añ conſumptionem.
In ſecundo vero poſt conſumptionē, nā añ non cenſetur ſo-
lutum, & ſic pōt iudicari, vt in ij. Itē hēt locum qđ dicit in oī
poſſeſſore tā bonæfidei, q̄ malæfi. Itē hēt locū demū, poſtquā
dictus poſſeſſor q ſoluit hoc imputauit hīdi, uel agendo neg.
geſt. qđ pōt, ſi non retinuit de hīditate, vel ſi imputauit retinē
do prius anteq̄ hoc fecerit. non hēt hīs exceptionē, ſi poſſeſ-
ſor ſoluit ſuo noīe, cum ſibi cōpetat cōdõ. vt ſ. dixi. ſed poſtea
deſinit cōpetere, maxime, ſi illā cōdõnē ceſſit vero hīdi. Item
facta ceſſione hēt exceptionē cuiuſdā cōpenſationis, quia ſi
conuenitur a creditorib. excipiet, vos mihi tenemini ex perſo
na talis, qui vobis ſoluit, & qa non erat debitor habebat con
dõnē indebiti, quā mihi ceſſit, & ſic cōpenſetis quantitatem
quā a me petitis, cū illa quā ego petere poſſum. & iſta uoluit
glo. vſq; ad uer. & oīa ſunt clara. poſtea pp multiplicitatē ca-
ſuum, qui cadunt in iſta mā. gl. colligit vnā lōgā diſtinctionē,
& tedioſam, quā diuide, qa primo loquitur qñ poſſeſſor ſol-
uit debitū veris creditorib. hīditariis uſq; ad uerſi. ſi uero in-
debitū. Secundo qñ ſoluit indebitū putatiuis creditorib. Item
prima pars ſubdiuiditur in duas. nam primo loquitur in poſ-
ſeſſore bonæfidei uſq; ibi, ſi aūt malæfidei. ſecundo ibi, malæ-
fidei. Itē quælibet earū ſubdiuiditur, quia primo loquitur qñ
iſte poſſeſſor ſoluit noīe hīditario, ſeu veri hīdis, nõ ſuo, quo
caſu non loquitur iſte tex. Secundo cum ſuo, quo caſu loquiť
tex. ſecunda ibi, ſi vero ſuo noīe. Item quælibet ſubdiuiditur,
quia primo, qñ ſoluit de ſuo. Secundo, qñ de hæreditate, &
ſic in effectu, ſi bñ colliges quatuor ſunt caſus in bonæfidei
poſſeſſore, & alij quatuor in malęfidei, qñ ſoluit debitum, &
eodem mõ pōt dici qñ ſoluit indebitū, & ſic in effectu gl. iſta
tangit ſexdecim caſus, octo, qñ ſoluit debitū, & alios octo, qñ
indebitū, & quatuor in bonæfidei, & quatuor in malæfidei. Et
ſi bñ retines q̄ dicta ſunt, oēs ſunt clari, & patēt ex his quæ di-
cta ſunt, & Doctores ſequuntur gl. pręterquam in illa parte,
5 dum dicit † q malæfidei poſſeſſor non hēt cōdõnem indebi-
ti, quia ſcienter videť ſoluiſſe. Doctores contra, quia hic ſubeſt
alia præſumptio q̄ donationis, & ſic non ob. l. cuius per erro-
rem. ff. de reg. iur. de pig. act. l. eleganter. §. qui reprobos. & l. ſi
cum aurum. ff. de ſol. de quib. omnib. vide per Cyn. qui tangit
materiam huius glo. in l. ſi a patre. C. de condictio. indebi. Itē
vide aliam limitationem. l. nec intentio. C. de tranſactio. &
quod ibi notatur.

A D D I T I O.

a Ad quantitatem. De hoc late per Doc. in d. §. ſeruum tuum imprudens. & per
D. Tyndarum. in tract. compenſa. quib. adde Bar. in l. qui iniuriæ. §. ſi ſeruus. infra
de fur. & in l. ſi conuenerit la ſeconda. infra de pig. act. vbi q non fit compenſa-
tio, & adde q ſi ageretur de fienda compenſatione ex præſumpta mente diſpo-
nentis; quia potuit diſponere prout voluit tunc fieret cōpenſatio de ſpecie ad
quantitatem, ita no. Io. de Imo. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. infra ſol. mat. & ſe-
quitur D. Alex. de Imo. in d. l. ſi conuenerit. in addi. ad Bar. Fran. Cur.

---

1 *Malæfidei poſſeſſor an poſſit deducere quod ſibi debebatur a defuncto na-
turaliter, vel ciuiliter & naturaliter.*
2 *Actio non confunditur ſi debitor hæreditarius occupat bona hæreditaria
tanquam hæres, cum non ſit: & an committatur pęna.*
3 *Poſſeſſor bonęfidei poteſt dedudere quod ſibi debebatur a defuncto, etiam
naturaliter tantum, licet nullum ius haberet in hęreditate.*

1 **§. Sed ſi ipſi.** ¶ † Malęfidei poſſeſſor non pōt dedu-
cere, qđ ſibi debebatur a defuncto, ſi-
ue naturaliter tantū, ſiue naturaliter & ciuiliter, vbi expediat
vero hīdi q illud debitum ſit potius ſolutū, q̄ non ſolutum,
ſed poſſeſſor bonęfidei deducere pōt vtrunque debitum tam
naturale tñ, quàm naturale & ciuile. h.d. & tene menti hunc
2 caſum. ¶ † Sic ergo nota hic, q non confunditur actio, ſi debi-
tor hæreditarius occupat bona hęreditaria tanquam hęres,
cum tamen hęres nõ ſit, vt hic colligitur. Item q committeť
pœna, licet occupauerit hęreditatē, ſi non ſibi ſoluit, ſicut ſi
non occupaſſet, vel dic q immo non committitur, qa debuit
ſoluere

3 ſoluere vt ſequitur. ¶†Vlt. no. ꝙ bonæfidei poſſeſſor pōt de-
ducere, quod ſibi debebatur a defuncto ēt naturaliter tātum,
licet nullū ius haberet in hæreditate, & hoc faciebat dubium.
Nam ille qui habet, ſine dubio poteſt, vt hæres de reſtituēdo
grauatus, vt l. in imponenda. & l. irritum. C. ad l. Falc.

1 Poſſeſſor hæreditatis, an poſſit deducere ſumptus factos in neceſſitatem, vel vtilitatem hæreditatis.

2 Non imputatur alicui ſi negligit rem quam putaba eſſe ſuam, cum tamen non eſſet hæres, de reſtituēdo grauatus ignorans factum & grauamen. quia factum in codicillis quorum notitiam non habebat, ſi neglexit bona, & ſic ſunt deteriorata, non tenetur fideicommiſſario de negligētia.

3 Licet quis ſit malæfidei poſſeſſor non imputatur ſibi, ſi non conuenit debitores hereditarios cum conuenire non poſſet de iure.

1 **§. Sicut autem.** † Poſſeſſor hr̄ditatis pōt deduce-
re ſumptus factos in neceſſitatē,
vel vtilitatē hr̄ditatis. & ſi nō facit cū facere debuerit ſibi im-
putatur, ſi facere potuit, ſecus ſi nō potuit, puta, debitores cō-
2 ueniendo, quia nō hēbat actionē. h. d. ¶†Et no. hic ꝙ nō im-
putatur alicui ſi negligit rem, quam putabat eſſe ſuā, cum tñ
non eſſet, quia de re ſua, vel quam quis putat ſuam, facere po
teſt qđ vult. Si ergo hr̄s de reſtituēdo grauatus ignorans factū
grauamen, quia factū in codicillis, quorum notitiam non ha-
bebat, neglexit bona, & ſic ſunt deteriorata, non tenetur fi
a deicommiſſario [a] de negligentia per iſtum tex. & ita alias de
3 facto dixi. ¶†Item no. ꝙ licet quis ſit malæfidei poſſeſſor nō
imputatur ſibi, ſi non conuenit debitores hereditarios, cum
conuenire non poſſet de iure, & ſi conueniſſet, ſuccubuiſſet,
& expeuſas non recuperaret a uero hærede. ergo non impu
tatur ſi non expendit. Adde quod dixi s̄. eod. l. ſed ſi lege. §. ij. in
prima glo. vbi fit oppoſitio de iſto §.

ADDITIO.

a ¶Non tenetur fideicommiſſario. Et quòd negligentia hæredis noceat fideicommiſſario. adde tex. & ibi Bar. in l. hæres. §. temporalis. infra ad Treb. Fran. Cur.

1 **§. Quod autem.** ¶†Supra loquitur qñ poſſeſſor
ſoluit vt imputare poſſit hære-
di. hic qñ poſſeſſori fuit ſolutum a debitorib. hr̄ditariis, vt te-
neatur reſtituere vero hr̄di, & licet ſoluentes a principio non
fuerint liberati, poſtea qa concurrit volūtas veri hr̄dis, liberā-
tur ipō iure, ſed ſi hr̄s nō ratificaret, qa forte poſſeſſor erat nō
ſoluēdo, poſſet agere ꝯ ſoluētes, q non ſunt liberati: caueant
ergo ſoluentes, vt faciant ſibi caueri ſi cōtingat apparere, ꝙ il-
le cui ſoluunt, nō ſit verus hr̄s, alias poſſet dānū recipere.

LEX XXXV.

1 **PEr ſeruum.** ¶ † Quæſita per ſeruum ex-
tra rem, & operam poſſeſſo-
ris veniunt in hac actione. hoc dicit Bartolus.

LEX XXXVI.

NIſi ex re.

1 **§. Iulianus.** ¶†Si vēditur res non neſſaria
hæreditati, poſſeſſor tenetur ad
ꝑtium ꝑceptum, ſi erat neceſſaria, tenet̄ ad rē ſi extat. alias ad
verū preciū. h. d. declara. vt s̄. eo. l. ſi poſſeſſor. §. fi. nam in ſecū-
do caſu, qñ erat neceſſaria, ſi extabat, defertur iur̄m in litē ꝯ
nō reſtituētē, vt ibi. ¶In tex. ibi. [ſi quidem non neceſſarium
hr̄ditati.] ſubaudi, ſed potius damnoſum, vel tempore peritu-
rū, & tūc cōuenitur poſſeſſor ad preciū perceptum, ſi nō fuit
in culpa, quia non potuit pro maiori vēdere: ſed in fi. huius §.
qñ erat neceſſarius, & ſic male fecit vendere, tenebitur ad ve-
rum precium, ēt ſi non fuit in culpa: quia ſaltem fuit in dolo
cum vendidit: cū vendere non debuerit, ſi erat malæfidei. ſed
ſi bonefidei, tenetur ad perceptum tantum.

1 Hæc actio dari poteſt pro hæreditate filiifam. eo caſu quo poterat habere hæredē iſto iure, vt ſi habebat caſtrenſe peculium, & deceſſit teſtatus.

2 Filiusfamilias hodie poteſt habere hæredem, tam ex teſtamento, quam ab inteſt.

1 **§. Filiusfamilias.** ¶†Hæc actio dari pōt pro hæ
reditate filiifam. eo caſu quo
poterat habere hæredē iſto iure, vt ſi habebat caſtrenſe pecu-
liū, & deceſſit teſtatus. hoc dicit: alias ſecus, ſi deceſſit inteſta-
tus: quia etiam caſtrenſe peculium non deuoluebatur ad pa-
trem, tanquam heredem, ſed pater poterat occupare iure pe-
2 culij, & tanquam pater. vt l. ij. ȷ̄. de caſtren. pecu. †Item ſi fuiſ-
ſet teſtatus ſuper non caſtrenſi, in quo non poterat teſtari, &
idem ſi deceſſerit inteſtatus iure iſto, hodie autem poteſt ha-
bere heredem, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, vt in
Authen. de heredi. ab inteſta.

§. Si ſeruus. Si ſeruus, vel filiusfamil. teneat heredita-
tem vel ius, poteſt pater, & dominus hac
actione conueniri. hoc dicit Bart.

LEX XXXIX.

1 Petitio hæreditatis, quæ datur contra patrem, vel dominum ex perſona ſerui, vel filiifam. non habet naturam actionis de peculio, niſi quatenus competit ad perſonales præſtationes.

2 Actio de peculio quando ſit perpetua, & quando annalis, & inquantum detur.

1 **SI a domino.** ¶†Petitio hr̄ditatis, quæ dat̄
contra partem, vel dominū
ex perſona ſerui, vel filiifam. non habet naturam
actionis de peculio, niſi quatenus competit ad per
2 ſonales præſtationes. h. d. Et præmitte, † ꝙ actio de peculio eſt
iſtius naturæ, ꝙ quouſq; ſeruus, vel filiusfam. ſunt in poteſta-
te domini, vel patris actio eſt perpetua, ſed poſtquam exiue-
runt per manumiſſionem, vel emancipationem, vel alio mo
do, actio illa eſt annalis. vt ȷ̄. qñ actio de pec. eſt annalis. per to
tum. Item eſt iſtius naturæ, ꝙ pater, vel dn̄s cōuentus iſta actio
ne, poteſt ante omnia de peculio deducere quod ſibi debeba
tur a ſeruo. vel filio etiam naturaliter tantum, vt ȷ̄. de pecul. l.
ſed ſi damnum. §. j. & de reſiduo ſoluetur agenti: & ſi nihil eſt
reſiduum, damnum erit agentis. Nunc ergo queritur hic, ſi ſer
uus vel filius tuus occupat hereditatem ad me pertinentem,
& ego ago contra te hac actione: quia poſſidetis pretia, vel
hæreditatem, vtrum hæc actio ſit eiuſdem naturæ, vt efficiat̄
annalis, ſi exeant tuā poteſtatem: vel vt poſſis deducere de hæ
reditate quod tibi ab eis debebatur? & reſpondetur ꝙ non:
quia iſta non eſt actio de peculio. non. n. te conuenio ex con-
tractu celebrato per eos, quo caſu locum hēt illa actio. Si ve-
ro te conuenio non ex eo ꝙ filius vel ſeruus occupet hr̄dita-
tem, ſed ex eo ꝙ ſunt debitores hereditarij, ꝯ quos poteſt intē-
tari: tunc iſta eſt ſpecialis præſtatio, & habet naturam actio-
nis de peculio in prædictis duobus, & idem in aliis ſimilibus
de quibus in tex.

2 Seruum ſuum non poteſt poſſeſſor impune occidere: ſed punitur criminaliter, & quæ actio competat. num. 1.

3 Petitio hæreditatis eſt actio in rem, in qua non eſt dare obligationem niſi daretur ad perſonales preſtationes.

1 **§. Si poſſeſſor.** ¶ † Pro ſeruo hæreditario, vel pro
poſſeſſore hr̄ditatis malæfidei occi-
ſo ante aditam hr̄ditatē, datur hr̄di petitio hr̄ditatis, & etiam
actio l. Aquilię. vt poſſit eligere quā vult, & vna electa, caueat
ſe altera non acturum. Sed ſi poſt aditam hr̄ditatē occidatur,
ad æſtimationē agit̄ ſolum Aquilia. non peti. hr̄di. h. d. ¶Opp.
in gl. j. ꝙ non teneatur occiſor, ſi erat bonæfidei: quia potuit
negligere, & occidere impunè, cū crederet ipſum ſeruum eſſe
ſuum, vt s̄. eo. l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut. Gloſ. fatetur, ꝙ nō ha-
bet locum in poſſeſſore bonæfidei: ſed certe etiam bonæfidei,
2 † poſſeſor non poteſt occidere ſeruum ſuum impune, licet
alia animalia irrationabilia bñ poſſit interimere, vel neglige-
re. vt s̄. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. iij. Sol. bene puniretur
criminaliter, vt ibi. ſed nō tenetur uero heredi, nec in æſtima
tione, ut in hac gl. ne fiat contra uerba Senatuſc. quę uolunt,
ut bonęfidei poſſeſſor non teneatur vltra q̄ ſit locupletior.
¶Secundo opp. contra filiumfam. quòd ſi erat malæfidei non
procedat quod hic dicitur in fi. quod ſi occidat poſt aditam
hæreditatem, non ueniat in peti. heredi. nam antequam occi-
derit, clarum eſt quòd ueniebat, ſi occidit non liberatur, quia
cum ſit malæfidei eſt in mora, & moroſus non liberatur per
interitum rei debitę: maxime quando interiit facto ſuo, ut l.
ſi ex legati cauſa. de uerb. obl. & l. ſi ſeruum. in prin. glo. ſoluit,
ſed non clare. Doctores fatentur, ꝙ non liberatur, & poteſt
conueniri ad ſeruum peti. hæredi. ſed ſi uult conueniri ad ęſti-
mationem, non poteſt peti. hæredi. conueniri, ſed ſolum legis
Aquiliæ, quæ eſt actio propria. cum nunquam fuerit defun-
cti, nec heredi. iacentis, ſed acquiſita eſt heredi poſt aditam
hereditatem. ideo non cadit in hac actione, ut arg. s̄. e. l. & nō
tantum. §. ꝙ ſi pro emptore. ¶Et aduerte, quia glo. dicit, quod
poſſeſſor eſt obligatus ad reſtituendum bona, quod non uide-
3 tur verum. † quia petitio hæredi. eſt actio in rem, & in actio-
ne in rem, non eſt dare obligationem, ſed ſolum in actione
perſonali, nam datur contra quemlibet poſſidentem non ra-
tione obligationis, ſed ratione poſſeſſionis, uel detentationis,
niſi daretur ad perſonales præſtationes, & tunc poſſet proce-
dere quod dicit gl. ad hoc quod no. Inſt. de actio. in principio.

1 Revendita per malęfidei poſſeſſorem, pluſquam valet, etiam poſtea perempta, poteſt malæfidei poſſeſ. conueniri. hac actione ad precium perceptum.

2 Prædo non liberatur per interitum rei, etiam ſine culpa contingentem.

3 Verba legis vel Statuti debent ſanè intelligi, ne ſequatur inconueniens, vel abſurdum, maxime quod ille qui debet eſſe deterioris conditionis, non efficiatur melioris.

1 **§. Si prædo.** ¶ † Re uendita per malæfidei poſſeſſo-
rem, pluſquam ualeat, etiam poſtea
perempta, poteſt malæfidei poſſeſſor conueniri hac actio
ne ad precium perceptum, licet ſecundum uerba ſenatuſcon.
uideretur nō poſſe conueniri, niſi ad precium quod ualebat,
quia dicunt eum teneri hic ſi poſſidebat, ſed ſi non uendidiſ-
ſet, & eſſet perempta penes eū, non tenetur poſſeſſor ultra q̄
ualeret:

valeret:tñ ne ſequał incõueniẽs,ꝙ malæfidei poſſeſſor ſit me
lioris ꝯdõnis q̃ bonæfi.qa poſſeſſor bonæfidei teneł quatenus
eſt locupletior,ſed ipſe eſt locupletior in toto p̄cio ꝑcepto,iõ
ſtatutũ eſt,vt malęfi.totũ illud reſtituat.h.d.ſm̃ intellm̃ gl.qui
probał in fi. §.iõ pone caſum ſcd̃m qd̃ ponit gl.in ver.[tu ve-
1 rò dic.] †Sed alij ponebãt, ꝙ iſte poſſeſſor ſi non alienaſſet,ꝑ
interitũ,foret liberatus,ergo ſi alienauit, dẽret ſilr ꝑ interitũ,
liberari:quia dẽt teneri eo mõ, quo ſi poſſideret,& non alie-
naſſet,& per hoc dñt ꝯ opi. gl.ꝙ debitor moroſus per interitũ
liberatur,cuius ꝯrium dicit gl.ſed glo.iſtam reprehendit, quia
hic loquitur in prædone,vt patet dum dicit, [quia prędo.]ſed
in prædone non eſt dubium, ꝙ per interitum rei, ẽt ſine cul-
pa contingentem non liberatur, & ſic iſta poſitio non poteſt
hic cadere, iõ tene præcedentem. ¶In tex. ibi [ſi dolo prædo
deſiiſſet poſſidere.] dic vt quia vendidit, & pluſquã valeret,vt
in fi.vt ſi valebat quinquaginta, vendidit pro octoginta,dein-
de res eſt perempta,cõueniebatur poſſeſſor ad illa octoginta:
ille dicebat ſe non teneri vltra quinquaginta,qa nõ plus vale
bat,& ſic reſiduũ dẽt lucrari, quia verba Senatuſc.in l.itẽ ve-
niunt.§.itẽ eos.dñt eũ teneri,ac ſi poſſideret,& ſic ꝙ põt cõue
niri ad ipsã rẽ:ſed ſi nõ deſiiſſet poſſidere, & res eſſet perẽpta
penes eũ,poſſet cõueniri, & condẽnari ad preciũ verũ vel ad
ipſam rem,& executio fieret in vero precio,& ſic in quinqua
ginta tm̃,ergo idem debet fieri. Sed Iuriſcon.dicit,ſi hoc eſſet
verum, talis malæfidei poſſeſſor eſſet melioris conditionis,q̃
bonæfi.verba Senatuſcon.dicunt eũ teneri, quatenus eſt locu
pletior.d.l.item veniunt.verſi.eos autem. ideo ne ſequatur di-
cta abſurditas, Iuriſconſ. interpretał verba Senatuſconſul.vt
3 etiam iſte debeat cõdemnari in toto precio percepto. †Sic er-
go no.verba legis,vel ſtatuti debere ſane intelligi,ne ſequatur
inconueniens, vel abſurdum, maxime, ꝙ ille qui debet eſſe
deterioris conditionis efficiatur melioris.

2 *Vt quis dicatur factus locupletior, quod tempus inſpiciatur.*

1 **§. Quo tempore.** ¶†Oppo. de multis tex.dicen-
tib.inſpici tempus litis conteſ.
vt ȷ̃.de ſol.l.in pupillo.& s̃.de neg.geſt. litis. Sol.vtrunq; tẽpus
4 inſpicił prout magis expedit actori.†Vnde ſi tempore litis cõ-
teſtatæ nõ eſt locupletior, ſed tempore ſententiæ,debet con-
dẽnari,vt hic,& ecõuerſo,ſi tẽpore litis ꝯteſ.erat locupletior,
& tp̃e ſñiæ non, ſimiliter debet condemnari, vt in contrariis.
Cætera dic circa iſtum verſi.per Bar.in l.in pupillo.ȷ̃.de ſolu.

1 *In expenſis factis gratia fructuum quærendorum, colligendorum,vel con
ſeruandorum,non differt malæfidei poſſeſſor a bonæfidei : & quare.*
2 *Qualiter expenſa dicatur facta cauſa fructuum colligendorum, vel quę-
rendorum & num.3.*
3 *Locario prædii ſi eſt facta ad medietatem fructuum colligendorum, quòd
in diuiſione fructuum non deducantur expenſæ.*
4 *Poſſeſſor malęfidei in petitione hereditatis condemnatus ad reſtitutionem
rerum ante fructus recollectos,poteſt petere expenſas operarum ſuarũ,
& familiæ ſuæ ſicut poſſet retinere fructus,ſi iam eſſent recollecti.*
5 *Exceptio licet tollatur per legem vel ſtatutum, non tamen tollitur officium
iudicis,quin poſſit implorari vbi ęquitas ſuggerit.*
6 *Statutum quòd contra inſtrumentum non admittatur aliqua exceptio
quouſq; fuerit executioni mandatum,non tollit remedium officii iudicis.
Statutum vt tollat exceptionem, & officium iudicis debet dicere, & non
admittatur exceptio,nec defenſio.ibi.*

1 **§. Fructus.** ¶†In expenſis factis gratia fructuũ quæ-
rendorum,colligendorum,vel conſeruã
dorũ,non differt malæfidei poſſeſſor a bonæfidei:quia vterq;
tales expenſas deducit de fructib. qui percipiuntur. cum fru-
ctus dicantur deductis talibus expenſis : ſed ſi fructus non fue
runt percepti differunt, quia bonæfidei poſſeſ.etiam tunc de-
mittere,qđ vno inſtāti expeditur,& vide de articulo per Bart.
in l.2.§.apud Labeonem.ſ̃.de aqua plu.arcen. & no.ꝙ vſque
ad ver.quemadmodum,debet poni caſus,ſm Cyn.quod quis
vendidit vnā domū.in qua erat colūna quę ſubſtinebat onus
alterius domus ſuę,hoc acto,ꝙ deberet ꝑpetuo ſuſtinere,ī ip-
ſo aūt uer.quēadmodū.dēt poni,ꝙ actū fuit, vt poſſim onus
īponere, & deberes perpetuo ſuſtinere.& hoc ne ille verſicu
lus ſit ſupefluus,qui videtur idem dicere.

LEX XXXIII.

1 ET qui duas areas. ¶† Poteſt quis facere
vt vna res ſua ſeruiat
alteri rei ſuæ,qñ vnam tradidit,& alteram retinet, &
in actu traditionis hoc agit.h.d.Si vero ambas tradit,
tūc diſtinguit̃,an diuerſis temporib.& idem,an eodem inſtan
ti,& tunc ſecus,vt ſ̃.communia p̄dio.l.ſi cum duas & l.ſi quis
duas ver.duas aūt.Si aūt tradat partem rei,& alteram ſibi re-
tinet , an hoc facere poſſit,diſtinguitur , an tradat pro diuiſo,
an pro indiuiſo,vt ſ̃.ead.l.j.in tex.ibi,[tradendo.] ſi ergo ven-
dit,& poſtea tradit, non ſufficit hoc egiſſe tempore venditio-
nis,ſed requiritur,ꝙ agatur tempore traditionis. ut patet in l.
prox.quantum ad hoc,vt ſeruitus ſit cōſtituta.prodeſt tñ hoc
egiſſe tempore venditionis, quia ſi fuit poſtea omiſſum tem-
pore traditionis,licet res tranſiuerit libera , poteſt tamen agi,
vt imponatur ſeruitus,vt ibi.

LEX XXXIIII.

1 *Non ſufficit tempore venditionis egiſſe, vt res vendita debeat ſeruitutem alteri rei venditoris,ad hoc ut ſeruitus ſit conſtituta,niſi etiam tempore traditionis hoc agatur, prodeſt tamen ut agi poſſit contra venditorē vt imponat.*

2 *Condictio incerti ꝙ non concurrat cum alia ſpeciali actione,& an hic concurrat cum actione ex empto.*

1 SI binarum ædium. ¶† Non ſufficit tēpo-
re venditionis egiſſe
ut res vēdita debeat ſeruitutem alteri rei venditoris,ad
hoc vt ſeruitus ſit ꝯſtituta,niſi ēt tp̄e traditionis hoc aga
tur.prodeſt tñ,ut agi poſſit ꝯ̃ venditorē ut imponat. h.d.Et in
tellige ſm Bar.qñ traditio fuit facta ex interuallo, ſecus ſi in-
continenti poſt venditionem.arg.eius qđ no.ſ.l. proxi. & ſ.de
pac.l.itē quia.circa fi. ¶In tex.ibi,[dixiſſe,]uide id quod nota.
glo.C.de cōd.ob cau.l.ea lege.in gl.mag.poſt mediū. ¶In tex.
ibi, [vel ex uendito agere pōt] . ſ.actione informata a pacto,
vt l.iuriſgē.§.quinimo.ff.de pact. & dat̃ iſta informata,ut im-
ponat ſeruitutē,licet nō fuerit actū pacto ꝙ imponat,ſed fuit
actū,ꝙ eſſet inſerta,& ſic haberet̃ pro impoſita. Verū, qa nō
pōt operari,ut actum fuit,operat̃ ut pōt, vt l.ſi tam anguſti.ſ.
tit.j.non aūt operat̃,ut fuit,qa tunc re uera erat venditoris,vñ
non poterat ſeruire alteri rei eiuſdē vēditoris , vt ſ.e.l.ſi quis
duas. ¶In tex.ibi,uel in tot concedere, id eſt,agere cōdictione
incerti,

incerti, ut tradaṫ res retinēda, quouſq; ſeruitus imponaṫ, non
quo ad tranſlationē dñii, ſed quo ad ſimplicē traditionē fa
cti, vt ĵ. de condi. indeb. l. ſed & ſi me præſente. §. cū inter. cum
2 ibi plene no. & l. qui exceptionē. cum §. ſi pars. eo. tit. ¶ †Et vr̄
a hic tex. ꝯ Bart. in d. l. ſi pars. qui dicit, ꝙ condictio[a] incerti non
cōcurrit cū alia ſpeciali actione, nam hic concurrit cū actio-
ne ex empto. vel pōt dici, ꝙ non concurrit ī idem, quia actio
ex empto daṫ, vt ſeruitus imponaṫ, iſta vero condictio, vt res
retradatur, & de nā iſtius condictionis dic, vt ibi no.

ADDITIO.

a ¶ Et ad id vide Bar. in l. ſed & ſi me puerm. § j ff. de cond. indeb.

LEX XXXV.

1 *Si duæ domus vna contignatione transferantur in diuerſas perſonas per vltimam voluntatem, vel contractum, contignatio efficitur cuiuslibet earum pro rata cuiuſque domus, & actum videtur, ut ita ſtet.*

2 *Res mobilis quando cohęret rei immobili poteſt eſſe diuerſorum dominorū pro diuiſo, ſecus quando non cohæret, quia tunc ſolum pro indiuiſo poſſideri poteſt.*

3 *In ſeruitute tigni uel oneris, quę habent cauſam ſubſiſtentem continue, ſemper videtur actum, quòd ita ſtet, uti ſtat. ſecus in aliis.*

1 BInas quis ædes. ¶ † Si duę domus vna
ꝯtignatione transferā-
tur in diuerſas perſonas ꝑ vlt. voluntatē, vł ꝯctū,
cōtignatio efficiṫ cuiuslibet earū pro rata cuiuſq;
2 domus, & actum vr̄, ut ita ſtet. h. d. † Sic no. ex primo dicto, ꝙ
ſi res mobilis cohæret rei immobili pōt eē diuerſorū dñorū
pro diuiſo, ſecus qñ nō cohæret, quia tunc nec eſſe, nec poſſi-
deri pōt pro diuiſo, ſed ſolū pro indiuiſo, vt l. Pomponius ſi
ex æquis. in fi. s̄. de rei vēd. & ideo qñ cohæret, ſi poſtea exima-
tur, efficitur cōis amborū pro diuiſo, licet prius eēt pro indi-
uiſo, vt ĵ. cōi diuid. l. arbor. ĵ. de acqui. rer. domi. l. pro regione.
cum l. præcedenti & ĵ. pro ſoc. l. plane. la prima. Circa ſecūdū
dictum vide quod no. plene Bar. in l. j. ĵ. de ſerui. le. nam quic-
3 quid ſit ī aliis ſeruitutib de quib. dixi. s̄. e. l. binas. cū l. ſeq. † in
ſeruitute tñ tigni, vel oneris quæ hñt cām ſubſiſtentem conti
nue ſemper vr̄ actum, ꝙ ita ſtet vti ſtat, nec diſtinguiṫ, an trāſ
feratur per vltimam voluntatem uel ꝯctum. ſecus in aliis, vt
ibi no. glo. tñ ſentit in hoc caſu, ꝙ res mobilis, non cohærens
rei immobili, licet non poſſit poſſideri per duos pro duiſo,
bene pōt eſſe duorum pro indiuiſo, quo ad dominium, vt d. l.
Pomponius. & ſic non ꝯdicit in hoc. Tu dic ꝯtrium, quia nec
eſſe, nec poſſideri pōt. ſed qñ cohæret, pōt eſſe, & ēt poſſideri
vna cum ipſa re immobili, non per ſe, ſed per l. eum qui ędes.
ĵ. de vſuc. & hoc quouſque cohæret, vt dixi.

LEX XXXVII.

1 *Seruitus ne luminib. officiatur non poteſt imponi illi domui quæ officere nō poteſt.*

2 *Priuatio non poteſt eſſe vbi nec habitus.*

1 SI ędes meæ ¶ †Seruitus ne luminibus officia-
tur, non pōt imponi illi domui q̄
a officere nō pōt. h. d. cum ſeq.[a] & ſic vbi non pōt eſſe ha
2 bitus, nec priuatio, vt l. decem. ff. de verb. obl. ¶ †In tex.
ibi, [ſeruitutē imponere pōt.] ſ. iſtam ne luminibus officiat,
ſed alia ſeruitus bene pōt imponi, licet non ſit in cōſpectu, ſi
poſſet peruenire vtilitas de vna ipſarū ad alteram, puta aquæ
ductus, ſi in domo tua oriretur aqua, quam traherem ꝑ aquę
ductū ad meā, per circuitū mōtis. nihil. n. eſt, ꝙ prohibeat ſm
Bar. qui ponit exemplum in aquæductu Peruſino.

ADDITIO.

a ¶ Si quidem ea habitum ſupponat. ut l. decem. de uerb. obl. & l. manumiſ. de iuſti. & iu. l. j. §. cœterum. ff. quib. mo. uſusfruc. amit. Bal. in l. moueor. ad fi. C. de ſer. expor. ubi diffuſiſſime & per Bar. Soc. conſi. lii. incip. ut uerum teſtatrix. & cōſi. 85. ii. e non fuiſſet opus ult & add. Fran. de Are. in d. l. qui decem.

LEX XXXIX.

1 HOs qui ius. ¶ †In pariete cōi non pōt alter
ex ſociis facere feneſtram pro
acquirendo lumine, niſi a ſocio fuerit ſibi cōnceſ-
ſum. h. d. ſicut nec aliquid aliud ad qđ res non ſit
deſtinata, vel acquiſita, ſeu ꝙ non ſit neceſſarium pro vtilita-
te ipſius rei vt refectio, vt s̄. eo. l. parietem, & l. quidā. & l. ſi qs
ædes. ĵ. cōi diui. & l. Sabinus. niſi ſit tale quid, qđ nō alteret rē,
nec aliquod nocumentū inferat, ut d. l. quidam. & l. fiſtulā.

LEX XL.

1 *Legatarius habitationis, vel vſus tenetur hęredi pręſtare aditum ad aliā rem hæreditariam, ad quam per rem cuius legata erat habitatio cōſueuerat tranſiri.*

2 *Hortus, vel ſtabulum, ſeu horreum contiguus vel contiguum domui legatæ vel venditæ quando ei cedat.*

1 OLympico habitatio. ¶ †Legatari⁹
habitationis
vel vſus tenetur hr̄di præſtare aditū ad aliam rem
hr̄ditariā, ad quā ꝑ rē cuius legata erat habitatio
ꝯſueuerat tranſiri. h. d. Idē ſi legata eſſet ꝓprietas, vt l. teſtatrix.
ĵ. ſi ſer. ven. cùm tamen hęres habebit iure ſeruitutis, quia cū

dominium rei ſit legatarii, ſeruire debet rei hæredis. Vnde nō
pōt ſeruire alteri rei eiuſdem hæredis. Et hoc voluit glo. ſuper
ver. non eſſet. & vide ꝑ Bar. in l. j. ĵ. de ſeru. leg. & quid econuer
ſo, an hr̄s teneaṫ ꝓſtare legatario. dixi ī l. binas. s̄. eo. la. i. cū. l. ſe
quē. Dicit Ang. hic ſe audiuiſſe Bar. ſumētē principiū, iſtius l.
pro principio ſui ſermonis in cōuētu cuiuſdā de Spoleto, qui
vocabaṫ olympiades. Ego aūt pluries audiui Bal. allegāre iſtā
l. vna cū duab. aliis hoc mō. ĵ. de legat. 3. l. ꝓdiis. §. balenas, & ĵ.
commu. di. in l. arbor. §. de veſtibulo. de ſeru. vrb. ꝓd. olympico.
2 †An hortus, vel ſtabulū, vel horreū cōtiguū, vel ꝯtiguus do-
a mui legatæ, vel venditæ ei cedant. tñ nā diſtinguiṫ,[a] an ad illum
nō erat aditus, niſi ꝑ rē legatā, & cedit; aut aliunde, & tūc aut
erat emptū, vel emptus ſimul cū domo, & eodē ꝓtio, & idē,
alias ſecus. qđ etiam aliquātulum tangit hic gl. 3. dic plenius,
vt in d. l. prædiis. & l. arbor. & facit qđ no. in l. qđ cōclaue. ĵ. de
dam. infe. Item ibi [legatū nō eſt.] ꝓ poſtquā ad ipſum erat adi
tus ad illam domū, vt ſeqṫ, qa vr̄ tacite legatū, vt d. §. de veſti-
bulo. ſol. intellige ꝙ teſtator hoc dixit, ꝙ non veniret hortus
ſm Bar. & ſic nec expreſſe, nec tacite erat relictum.

ADDITIO.

a ¶ Nam diſtinguitur. Adde Flo. hic. & Bar. Cœp. Veronenſem in tract. de ſer. in ti. de habita & in tit. de horto. Abb. in c. j. de cenſi. & Alex. de Imo. in conſi. 24. in 4. uol. Cur.

1 LUcius Titius. ¶ † Dominus prædij ſeruientis
poteſt facere ī eo quicquid vult,
dummodo ſeruitutem nō impediat. h. d. & ſic. s̄. eo. l. ſeruitu-
tes. §. ſtillicidium. ¶ No. ergo ſi inter domum meam, & tuam
eſt commendaria, quæ recipit ſtillicidium domus meæ, & etiā
tuæ, non poteſt in ea aliquid fieri, per quod impediatur ſtillici
dium meum, alias ſecus.

De ſeruitutib. ruſt. præd. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Differentia inter ire, & ambulare.*

2 *Seruitutes quæ dicuntur nominatæ, & quæ innominatæ.*

3 *Maleficia quædam ſunt nominata, & quædam innominata, & quæ fieri nō poſſunt ſine dolo, & quæ non dicantur maleficia.*

4 *Cum agitur pro ſeruitutib. confeſſoria actione quomodo peti, & qualiter pronunciari debeat.*

SEruitutes ruſticorum.
1 †No. in hoc prin. tex. cū gl. quæ ſit dr̄ia inter
ire, & ambulare, nam ire dr̄ quis ſolus, non
cū ſocio. Itē ire plane, ambulare vero et cur
rendo, & cātando, & q hēt iter, hēt vtrūq;.
ſed ſi hr̄et alterum puta, ſi cōcederes mihi
ꝙ poſsē ire ꝑ fundum tuum, nō poſsē ambulare. ſ. cum ſocio,
vel currendo ire. Tene mēti, & ſic verba inſtrī ſunt inſpicien-
2 da ¶ Itē †no. ꝙ ſeruitutes de quib. in principio dr̄ nominatę,
ſm gl. quia ſunt nomina iuris, ſed illa de quibus, in §. prædiis.
dr̄ innominatæ, quia illa ſunt noīa actus, nō nomina ꝓpria.
3 Denominātur. n. illæ ſeruitutes ab ipſo actu vtendi. †Simile vi
demus, quædam ſunt maleficia nominata, vt furtum, & fal-
ſum, q̄ ſunt nomina iuris, quædā innominata, quia denomi-
nanṫ ab ipſo actu, vt percutere, vulnerare, q actus poſſunt fie
ri cū dolo, & ſine dolo. & primo caſu ſunt maleficia. ſecū do
non, ſed prima nō poſſunt fieri ſine dolo, quod dic vt no. Bar.
in l. j. §. j. ĵ. ſi quis teſt. li. eſſe iuſ. fue. & ad Turpil. l. j. vbi Cy. hoc
4 infert ad q̄dā alia. ¶ †Vltimo no. in fi. ꝙ cū agitur pro ſeruitu-
tib. confeſſoria actione, pronunciatur ſimpliciter ſeruitutem
deberi prædio a prædio, & iſta declaratio ſeruitutis dr̄ fieri iu-
re actionis, vt ĵ. ſi ſeru. vend. l. ſicut. §. ſi quæratur. ſicut in actio
ne reali, vt s̄. de rei vend. l. ex diuerſo. §. j. & in peti. hæred. licet
minimam. s̄. de pet. hær. & hæc vera, qñ ſeruitus ſemel fuit cō-
ſtituta. ſed ſi fuiſſet promiſſa, & nondum conſtituta, tunc ad
conſtituendum & tradendum ageretur ſicut in re vendita, &
non tradita, & per officium iudicis cogeretur de non impe-
diendo agentem vti, vt l. harum. ĵ. ſi ſerui. vend.

LEX II.

1 *Fauore culturæ an poſſit vnus ruſticus impedire ventum tranſire ad prædium alterius.*

2 *Habens aquam in fundo ſuo poteſt cōcedere aquæductum, vel hauſtum diuerſis perſonis eodem tempore, uel diuerſo ſi aqua ſufficit.*

RVſticorum prædiorum.
1 ¶ †No. ſcđm intellectum gloſ. ꝙ poteſt fieri pactū
cōtra id quod habetur in l. fin. C. eo. vbi dicitur ꝙ
fauore culturæ non poteſt vnus ruſticus impedire ventū tran
ſire ad predium alterius, & tñ poteſt fieri cōtrarium expreſſo
pacto, vt hic, licet videatur ꝯ vtilitatem publicam, & iſta eſt rō
2 dubitandi. ¶ †Item no. ꝙ qui habet aquam in fundo ſuo, po-
teſt concedere aquæductū, vel hauſtū diuerſis perſonis eodē

tēpore,vel diuerſo,& hoc eſt verū,ſi aqua ſufficit,alias poſtq̃
conceſſiſſet vni,non poſſet concedere alteri in illius præiudi-
cium.qđ dic,vt l. Luciꝰ.ꝭ.de aqua quot. & æſti.& fuit de facto
Bononiæ ī aqua cōceſſa q̇buſdā religioſis,adde.ꝭ.e.l.ex meo.

LEX III.

1 *Cōceſſo vno, cēſetur conceſſum illud ſine quo illud conceſſum eſſe non pōt.*
2 *Vitiato expreſſo ꝙ uitietur tacitum.& nu.3.*
Conceſſio hauſtus aquæ continet in ſe ſeruitutem,ſeu conceſſionem itineris, & ꝙ non valeat conceſſio aquæductus ex flumine publico, cum pertineat ad principem.
3 *Si non valet pupillari expreſſa facta a matre,an contineatur tacita vulgaris.*

ITem ſic poſſunt.
1 §.Qui habet. ¶†Not.ex hoc §. tria.Primo, ꝙ conceſſo vno, cenſetur cōceſſum illud ſine quo illud conceſſum eſſe non pōt.
¶No.ſecūdo,ꝙ vno conceſſo,cēſet̄ cōceſſum illud, ſine quo
illud cōceſſum eſſet inutile,quāuis ſine illo bn̄ poſſet ſtare cō
2 ceſſum.facit l.q̄uis,ꝭ.de fideicom. ¶†No.tertio,ad qđ ſemp̱ al
legatur in fi.ꝙ vitiato expreſſo,vitiatur & tacitū,nec pōt quis
concedere ſeruitutem hauſtus vel aquæductus ex flumine pu
3 blico,q̇a aqua non pertinet ad ſe,ſed ad principē.† Et ſi cōce
dit iſta cōceſſio nō cōtinet in ſe ſeruiturē itineris per fundum
ſuum ad flumen publicū,licet ſi aqua eſſet ſua,bene compre-
henderet hanc conceſſionem.Ideo inducitur iſte tex.ſi nō va
let pupillaris expreſſa facta a matre, an cōtineatur tacita vul-
garis,qđ dic,vt in mā vulgari , vt habetur in l.verbis ciuilibus.
de vul.& pup.Et de iſto articulo,an vitiato expreſſo,vitiet̄ taci
tum.Cy.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccl.& adde quod no.
in l.mater.C.de rei ven.circa medium gl.magnæ.

LEX IIII.

1 *Illa dicitur ſeruitus prædialis,quæ principali conceditur propter vtilitatē prædii dominantis.*
2 *Si concedis mihi, ut poſſim tranſire per domum tuam ad domum meam, cum tamen domus mea non indigeat hoc tranſitu,an iſta ſit ſeruitus.*
3 *Si acquiro hoc ius,ut omnes vicini teneantur coquere panē in furno meo, uel molere in molendino meo,an iſta ſit ſeruitus prędialis.*

1 PEcoris paſcendi. ¶†Illa dicitur ſeruitus prędialis,q̄ principaliter ꝯcedit̄ pp̱ vtilitatē p̄dij dominātis,ex quo
plura ſequūtur,Primo,ꝙ trāſit ad quemcūque ad
quem tranſit prædiū titulo vniuerſali, ſed ſingulari non, niſi
ſit ꝯrium actū expreſſe,quo caſu adhuc dr̄ ſeruitus prædialis,
& tranſit mero iure,& obſtat exceptio. Secūdo ſeq̄tur, ꝙ pōt
vendicari p̱ ꝯfeſſoriā,q̄ eſt ratio realis,& competit ꝯ quēlibet
turbātē.Tertio ſequit̄,ꝙ non pōt ꝯcedi,niſi ei qui hēt p̄dium
vicinū.Quarto ſequit̄,ꝙ nō ꝯcedit̄, niſi ſm̄ exigētiā p̄dii.ſi ve
ro concernit vtilitatē p̱ſonæ potius q̄ p̄dii,nō dr̄ ſeruitus p̄dia
lis,ſed quoddā ius p̱ſonale,qđ hēt ſiītudinē cū vſufructu,vel
vſu h.d.vſq; ad l. q̇ ſella. & vide pro decīone iſtorū tex. qualr
cognoſcat̄,an ſit ſeruitus p̄dialis,qđ no.Bar.in l.ſi ſub vna.ꝭ.đ
verb.ob.& in Spe.in tit.de empt.& vend.§.j.ver.ſed pone P.ca
uit vicino.Itē de q̄onib.hic poſitis in glo.2. magna tetigi in l.
vt pomū.ſ.de ſerui.& aliam gl.ſimilem habes.ſ.de vſufru. l.ſi
quis binas.& de hoc no.per Bar.in l.Mela.§.fi.ꝭ.de aliment.&
2 ciba.leg.¶†Item dicit Ange.per hanc l.ergo,in §.j. ꝙ ſi conce
dis mihi,vt poſſim tranſire per domum tuā ad domū meam,
iſta non erit ſeruitus, ſi domus mea non indiget hoc trāſitu,
quia potius eſſet ſeruitus ruſtica,q̄ vrbana.ego miror de hoc
quia immo erit ſeruitus vrbana, ſi nō poteram aliter inhabi-
tare domum,per ea quæ hn̄r.ſ.tit.).l.fin.in princ.vbi glo.dicit
3 ꝙ eſſet ſeruitus,ſi dominium rei fuiſſet legatū. ¶ †Item dicit
Pet.& Cy.in l.fi.C.de conditio. inſer.ꝙ ſi acquiro hoc ius , ut
a omnes vicini teneantur coquere panem in furno,[a] vel mole-
re in molendino meo,ꝙ iſta nō eſt ſeruitus prædialis quia fur-
nus,& molendinum non indigent hoc.certe immo indigent
ex quo in alio non conſiſtit vtilitas eorum,ut l.pecoris paſcē-
di. ſed alia rōne non eſt ſeruitus prædialis , quia non debetur
a re rei,ſed a perſonis debetur rei, vt no.ſ.de ſerpit.l.j. & adde
quod no.in l.Caius.ꝭ.de annu.lega.

ADDITIO.

a ¶ In furno meo.Adde Abb.in c.Abbatis S.Syluani.col.2.de verb.ſign.& Barth. Cœp.in tract.de ſer.vrb.præd.in tit.de furno.q.3.c.50.

LEX VII.

1 *Seruitutem itineris habens quæ facere poſſit.*
2 *Statutum ſi dicat ꝙ occupantes plateam cum corio beſtiæ groſſę ſoluant tantum de gabella.& aliquis tenet corium in manu ad vendendum, ꝙ tanquam occupans teneatur ſoluere.*
Occupare locum dicitur;qui tenet haſtam in manibus.

1 QVi in ſella aut. ¶† No. ꝙ habens ſeruitutem itineris, poteſt ire
non ſolum pedes,ſed etiam eques, & etiam facere
ſe portari in lectica per duos equos.non tamē pōt
ducere iumentum oneratum[a] ante ſe, vel poſt ſe, nec ducere,
plauſtrum, ſed qui habet actum poteſt omnia prædicta , ſed
nō poteſt trahere lapidem cum animalib. vel equis aut tigna
per terram,quia magis deſtruit viam,nec portare haſtam ere
2 ctam,ſed ſi habet ſeruitutem viæ poteſt omnia p̄dicta. ¶ † Et
per iſtum tex. dum loquitur de haſta erecta, conſuluit Bart.ꝙ
ſi ſtatutū dicat ꝙ occupantes plateam cum corio beſtiæ groſ-
ſę ſoluant tantum de gabella,& aliquis tenet corium ī manu
ad vendendum,ꝙ tanquam occupans plateam,teneatur ſol-
uere, ſicut hic videtur occupare locum , qui tenet haſtam in
manibus.

1 §.In ruſticis autem. ¶ † De materia iſtius.§. cum glo.vide per Bar. in
l.prius.§.ſi.ꝭ.de aqua plu.arc.an medium prædium,quod non
ſeruit impediat ſeruitutem conſtitui.

LEX VIII.

1 *In his quæ ſunt communia plurib. vt ſingulis requiritur cōſenſus omnium ſi poteſt ſeparatim adhiberi,& primus conſenſus ad vltimum trahitur, vt tunc videatur actus perfici.*
2 *In his quę ſunt communia plurib. vt ſingulis non requiritur ꝙ conſenſus eorum adhibeatur collegialiter,ſed poteſt ſeparatim adhiberi,& quando hoc fallit.*
3 *Sed quando ſunt communia uniuerſis, debet adhiberi collegialiter , & ſimul.*
4 *Duo poſſunt facere compromiſſum in aliquem diuerſis dieb.*
Quid in plurib.patronis eius eccleſiæ in pręſentatione alicuius.
5 *Licet in his quæ ſunt communia plurib. vt collegiatis ſufficiat maior pars pręſentium dummodo ſunt pręſentes duę partes , in his tamen quę ſunt communia plurib. vt ſingulis requiritur conſenſus omnium nomine vt omnium,& quando conueniuntur debet quilibet citari. & nu.6.*
6 *Regula quod omnes tāgit debet ab omnib.approbari , quando habet locū.*
7 *Quando aliquid eſt commune plurib. ut plurib.non collegiatis, ut commiſſione vel arbitrio conceſſo plurib.ſufficit maior pars omnium, nō maior pars pręſentium etiam ſi duę partes conueniſſent.& nu.4.*
8 *In his quę geruntur a plurib.diuerſis temporib. proprio nomine primus cōſenſus trahitur ad vltimum , ſecus in his quæ alieno nomine , quia tunc vltimum trahitur ad primum.*
9 *Per vltimam conceſſionem confirmantur pręcedentes.*
10 *Quando requritur conſenſus alicuius in actu propter pręiudicium quod illi inferatur,poteſt pręſtari ante actum vel poſt ex interuallo,ſed ſi requireretur ad auctorizandum actum,deberet præſtari conſenſus tempore contractus ſicut auctoritas.*
11 *Electio ſi eſt facta aliquo ex collegiatis contempto,& ſic non citato,ille ſolus poteſt electionem facere infirmari uel approbare etiam inuitis pręſentibus.*

1 PEr fundum qui. ¶†In his q̄ ſunt communia plurib. vt ſingulis requiritur conſenſus omniū ſi pōt ſeparatim adhiberi,
& primus conſenſus ad ultimum trahit̄,vt tunc videa
tur actus perfici.h.d.iſta ſolennis l.quę ſemper allegat̄ & gloſ-
ſatur,& declaratur per l.fi.ꝭ.communia prædio. vt per Inn.in
3 plurib.locis.¶†In tex.ibi,[poteſt ſeparatim cedi.]pp̱ hoc pri-
mum dictum allegatur iſta lex,ꝙ in his quę ſunt communia
plurib.vt ſingulis, non requiritur ꝙ conſenſus eorū adhibea-
tur collegialiter,ſed pōt ſeparatim adhiberi. Fallit in caſu l.iu
riſgentium.§.fi.ſ.de pact.alias eſt l.& ſuum hæredem.§. fi. per
rationem quam ibi dixi hoc mane,quia legebam in duob.lo
3 cis.†qn̄ aūt ſunt cōia plurib.vt vniuerſis,debet adhiberi colle
gialiter & ſimul,aliter non valet,ut no.glo.in c. j. de reb.eccl.
non aliena.lib.6.Et ex hoc tex.dicit Inn.extra de elect.c.reſcri-
4 ptum.† ꝙ poſſum facere compromiſſum in aliquem diuerſis
dieb.puta ego hodie, & tu cras compromittes de quæſtione
quā ſimul habemus. ¶ Et ſimiliter ſi ſunt plures patroni vniꝰ
eccleſiæ,qui poſſunt præſentare, iſtud ius pertinet ad eos ſin-
gulos, & ſic pn̄t p̄ſentare eandē p̱ſonā diuerſis diebus.hoc ve-
rū in actib.qui concernūt ſolū eorū p̄iudiciū. Sed ſi p̄iudiciū
aliorū, puta ſi cauſa eſt cōmiſſa plurib.licet nō tanq̄ collegia
tis, tunc debēt ſimul cōgregari ad actū expediēdū,q̇a hoc eſt
cōe plurib.non vt ſingulis,nec vt collegiatis,ſed ut plurib.Sed
qn̄ ſunt ſimul,alter alterum poſſet trahere in ſuam ſententiā
5 forte meliorem,vt ſ.de arb.l.ſi in tres.¶†In tex.ibi , [ꝙ ſi om-
nes,]allegatur iſte tex. ꝙ licet in his q̄ ſunt cōia plurib. vt col-
legiatis,ſufficiat maior pars pręſentium, dummodo ſint præ-
ſentes duę partes,ut l.nulli.cum l.ſeq.ſ.quod cuiuſque vniuer
ſita.nomine.& l.quod maior.ꝭ.ad municip.in his tamen quæ
ſunt cōia plurib.vt ſingulis, requiritur conſenſus omnium ne
6 mine diſcrepante,†& locum habet regula, quod omnes tan-
git,debet ab omnib.approbari , vt in c. cum omnes,extra de
conſt.& ex hoc ſequitur, ꝙ ſi aliquid agitur ꝯ eos,debet quili-
bet eorum ſingulariter citari , licet qn̄ ageretur ꝯ vniuerſita-
tem,ſufficiat citari eorum ſyndicū,iuxta notata in l.nō pōt vi
deri.ꝭ.de iud.& in c.humili.extra de maio.& obe. & per Inno.
in d.c.cū oēs.facit l.in ꝯcedendo.& l.in via.ꝭ.de aqua.plu.arc.
7 † Sed qn̄ aliq̄d eſt cōe plurib.vt plurib.nō vt collegiatis , vt in

commiſſione

cõmiſſione vel arbitrio ꝯceſſo plurib ſufficit maior ps oĩum,
nec ſufficeret maior pars p̃ſentiũ, ẽt ſi duæ partes ꝯueniſſent.
& ita ſeruat̃ de facto.ad quod s̃.de pact.l.reſcriprũ.in princ.&
ſi ſunt plures antiani, nõ dñr facere collegiũ ꝓpriè loquẽdo,
ſed ſunt plures vt plures.iõ ĩ actib.expediẽdis p eos ſufficit ma
ior ps eorũ ſeu oĩum. & vide qđ no.p Mod.ĩ c.prudẽtiã.ex̃ de
8 off.del.ẜm Ant.de But.q multũ bñ expedit iſtũ articulũ.¶†In
tex.ibi, [ſuperiores oẽs cõfirmabunt̃.] qa videbit̃ tunc actus
perfectus.Facit quod no.Bar.in l.ſi teſtm̃. in fi.j̃.de teſta. & ex
hoc no.& ad hoc allegat̃ iſte tex.ꝙ in his q̃ gerunt̃ a pluribus
diuerſis tpib. ꝓprio noĩe, primus ꝯſenſus trahit̃ ad vltimum.
ſecus in his quæ alieno noĩe, quia tunc econuerſo vltimũ tra
heretur ad primũ,quia ratihabitio trahit̃ retro, & mãdato cõ
9 parat̃,vt l.fi.C.ad Macedo.¶†No.ẽt ex hoc,ꝙ per vltimã con
ceſſionẽ cõfirmant̃ p̃cedentes.& dicit Inn.in c.cũ conſuetudi
nis.ex̃.de ꝯſuet. ꝙ hoc eſt iõ, qa p̃cedentes nõ erant nullæ,ſed
pendebãt.licèt.n.per eas nõ eſſet ꝯceſſum ius reale ne fieret p̃-
iudicium ſocio, tñ ſaltẽ ex eis oriebatur oblo perſonalis, per
quã ꝓhibebãtur venire ꝯ factũ ꝓpriũ. Si aũt actus p̃cedentes
eſſent funditus nulli, tũc per vltimũ non ꝯfirmarentur ſcđm
10 eundem. ¶†Item allegatur iſte tex. ẽt ꝙ qñ reqritur cõſenſus
alicuius in actu pp præiudiciũ qđ illi infertur,põt præſtari an-
te actum,vel poſt ex interuallo,ſed ſi requireretur ad auctori-
zãdũ actũ non pp p̃iudiciũ eius,vt ſi diceret ſtatutũ ꝙ mulier
nõ poſſit ꝯhere ſine ꝯſenſu coniunctorũ, deberet præſtari cõ-
ſenſus tpe ꝯctus ſicut auctoritas, vt Inſti.de aucto.tut.§.tutor.
& per Inn.in c.cũ conſuetudinis. ex̃ de conſue. & per Bald.in
11 l.ij.C.qui admit.ad bo.poſ. †Dicit ẽt Inn.per iſtum tex.in c.ꝙ
ſicut. ex̃ de elec. ꝙ ſi electio eſt facta aliquo ex collegiatis cõ-
tẽpto,ideſt nõ citato, licèt a maiori parte duarũ partiũ p̃ſen-
tiũ,ille põt ꝓſequi ſuũ cõtẽptũ,& facere electionẽ infirmari.
ſi tñ non vult ꝓſequi,ſed vult approbare,põt hoc facere inui
tis electorib. qui nõ pñt ꝯdicere,nec ꝯ factũ ſuũ venire,vt hic
in fi. Nam & hic iſte vltimus põt approbare inuitis p̃ſentibus
& allegat c.inter canonicos.eo.tit. ¶In fi.tex.ibi,[veterani vti
ceſſo iure non poſſe,] quia ius erat acquiſitũ ei cui facta erat
conceſſio ſaltem ꝯ concedentem, licet non in re.ſecus ſi non
erat acquiſitum, vt j̃.de op. lega.l.ſi tibi.§.vnus.vbi oĩno vide
quod no.Bar. & nõ. quia hoc qđ hic dr̃ eſt verũ nõ ſolum qñ
quis concedit ſuper eo quod pertinet ad ſe tanquam ad priua
tum, licet cõceſſio non poſſit ſortiri effectum iuris realis,niſi
interuenientib.conſenſib.aliorum,vt hic patet,ſed & ſi ſuper
eo quod pertinet ad rempub. quantum ad perſonam,vt non
poſſit venire ꝯ,licet conceſſio non teneat, vt j̃.cõia præ.l.ven
ditor.in prin.& l.2.cum no.in glo.& hoc ſi promiſit factũ per
ſonæ ſuæ,puta nõ impedire me vti iure pub.ſed ſi ipſe ſe retu-
lit ad publicum ius, tunc quia de illo non potuit diſponere,
& ſic quia ipſo iure non valuit diſpoſitio,ipſe idem poſſet ve-
nire contra,vt no.s̃.de pac.l.iuriſgen.§.ſi paciſcar. in gl.quæ in
cipit,fit enim nunciatio. quod dic,vt ibi dixi.

LEX XIII.

1 INter actum &. ¶†Facit iſta l. cum ſi-
milib.ẜm Ang. ad con-
ceſſiones quæ quotidie fiunt ſtipendiariis,ſeu ſoda
libus,vt poſſint tranſire per territoriũ,vel datur eis
paſſus vel trãſitus, vtrũ poterũt ſecũ ducere prædã,quam ha-
bẽt.nã ſi vr̃ ꝯceſſum iter, nõ poterũt.ſi vero actus,poterũt.Et
iſtã ſecundã partẽ vr̃ ipſe tenere. certe tñ pñt ferre haſtas ere-
ctas,qa vr̃ potius conceſſa via,vt s̃.eo.l. q ſella.Br̃ iſta ꝯceſſio
dẽt intelligi & interpretari ſcđm qualitatẽ pſonarũ,qb.fit,ar.
l.plenũ.§.æqtij.j̃.de vſuc.l.cũ filio.j̃.de leg.3.nõ.n.eſt iſta ſerui
tus p̃dialis, ſed cõceſſio perſonalis. Vnde ſi tpe conceſſionis
habẽbunt ſecũ prædam, videtur ꝙ eam ducere poſſint,ſed ſi
eam acquirunt de nouo,vr̃ ſecus,qa concedentes nõ fuiſſent
forte cõceſſuri cũ iniuria alterius,& ne cõceſſio tribuat mãm
iniuriandi.arg.l.conuenire.j̃.de pac.do. & no.hic in ver.armẽ
ta.qa in l.j.& in l.qui ſella.s̃.eo. bñ dr̃ ꝙ qui habet actum, põt
ducere iumenta, vt equos & aſinos oneratos. hic dicitur ꝙ ẽt
armenta,vt boues. Vel per modum viç.

LEX XIII.

1 *Seruitus acquiſita vineæ cenſetur acquiſita ſolo vineato non vitibus tan-*
tum,& ideo ſublatis vitibus adhuc remanet in ſolo.
2 *Mercator pannorum tenens apothecam alienam ad penſionem ſi legat*
alicui ſuã apothecam, videtur legare pannos, ſeu illud ius quod habet.
3 *Conducens vineam ad colendum, a quodam habente ſolum ad certã partẽ*
fructuum, ſi fecit contractum perpetuum, quòd ſi plantauerit ibi ficus
vel nuces teneatur dare partem fructuum illarum arborum an intelli
gatur tanta parte ſicut ante.

1 CErto generi. ¶†Seruit⁹ acquiſita vineæ
cenſet̃ acquiſita ſolo vinea
to,non vitibus tñ.& iõ ſublatis vitibus adhuc re-
manet in ſolo.h.d.¶ Et no.de hoc verb.[vinea.]qa
põt ſumi pro ſolo vineato,& ẽt ꝓ vitibus tñ vt colligitur hic
dum dicit ſublatis vineis, quod ponitur,i.vitib. vt in gl.& q̃dã
ſunt q̃ conueniũt ſolo,vt iter & actus,tũc ſumitur primo mo
do.quędam quæ vitibus tñ,puta vt poſsit tollere pedamenta
ex fundo vicini pro palis vineæ,vt j̃.eo.l.veluti.ante fi.& tunc
ſumeretur ſcđo mõ.& iõ ſublatis vitib. nõ remanet ſeruitus,
quia deficit neceſsitas pp quã acquiſita eſt. ¶In tex.ibi,[& ita
ponere contentum pro continente & econtra,] dicas ꝙ hoc
tunc debet fieri qñ verba non poſſent aliter effectum ſortiri
2 ẜm†Ang. & iõ ſi mercator pannorum tenens apothecã alie-
nam ad penſionẽ legat alicui ſuã apothecã, vr̃ de pannis in ea
contentis ſentire nõ de loco, q nõ pertinet ad ſe.l.cũ pr̃.§.mẽ
ſe.alias minime.j̃. de leg.2.eꝯ ſi dñs loci legat hoc mõ,cenſet̃
ſenſiſſe de loco tm̃.l.cũ tabernã.ff.de pign. & j̃.de fundo inſtr.
l.tabernæ.nã pro vtroq; põt ſumi hoc verbũ.ſ.ꝓ contento &
pro continente, & ſi ad teſtatorem ſpectaret locus & ẽt mer-
cãtia,cenſeret̃ ſenſiſſe de vtroq;, qa in legatis,& vltimis volũ
tatib.larga fit interpretatio quatenus verba patiuntur.l.in te-
3 ſtamentis.de reg. iuris ſcđm eũdẽ. ¶†In tex.gl.ibi.[proficiũt.]
no.iſtã gl.ad q. quotidianã ꝓ ruſticis,q recipiunt vineã ad co-
lendũ a quodã habente ſolũ & promittunt dare certã partẽ
fructuum,& faciunt ꝯctum perpetuum,ꝙ ſi plãtabit ibi ficus
vel nuces, teneat̃ dare partẽ fructuũ illarũ arborum,quia in-
telligitur vineæ id eſt ſoli uineati. Sed iſti fructus percipiũtur
ex ſolo uineato ſine quo arbores non poſſent fructum perci-
pere,& quod iuris eſt de principali, idẽ debet eſſe de augumẽ
to,& de acceſſorio,vt ll.hic allegatis. Vnde ſi ſummeretur vi-
nea pro fructibus oẽs arbores pertinerẽt ad dñm ſoli in quo
ruſticus nullus ius habet, ſed ſolum in ſuperficie. Ideo non
debet habere tres partes iſtorũ fructuum, quia ſicut promiſit
quartã partẽ fructuum dare, ita & pro ſe retinuit tres partes
eorundem,& conuentio non extenderetur ad aliud, & ſic ar-
bores remanerent dño ſoli cui cedunt.& adde quod no.in ſi-
mili per glo.in l.obligationum. §.placet.j̃.de actio. & obliga.

1 *Si conceſſiſti mihi ſeruitutem itineris in fundo tuo, & ego incępi ire per*
vnam partem, & tu vis ædificare in altera parte, ego volo te prohibe-
re dicens quòd mihi licet per totum ire, & per illam partem, vnde no-
lo quòd aliquid facias per quod impediar, an poſſim te prohibere.
2 *Latitudo itineris vel actus quanta eſſe debeat.*

1 §.Si totus. ¶†Vſque in fi. l. determinat duos paſſus.
Vnus eſt, ſi cõceſſiſti mihi ſeruitutem iti-
neris in fundo tuo,& ego incępi ire p vnã partẽ, & tu vis ædi-
ficare in altera parte, ego volo te ꝓhibere dicẽs ꝙ mihi licet
p totũ ire,& p illã partẽ, vñ nolo ꝙ aliquid facias p qđ impe-
diar,an poſſim te prohibere,& hic diſtinguitur. Aut a princi-
pio fuit dictũ ꝙ poſsim ire p quãlibet partẽ fundi, & tunc vr̃
actũ ꝙ ire poſsim p unã ptẽ, & p alterã ut mihi placebit,& ꝙ
poſsim variare,vt j̃.quemadmo.ſerui. amitta.l.non ſatis.ante
fin.verſic.cæterũ. qđ eſt notandũ, & iõ tunc poſſum te prohi-
bere.& no.ꝙ illa cõceſsio põt ẽt intelligi alio modo.ſ.ꝙ poſ-
ſim ire per quamlibet partem, i. eligere per quamlibet partẽ
fundi,ſed ea electa non poſſem variare, & tamen ille tex.vide
tur velle ꝯriũ,ꝙ intelligitur,ut poſsim ire & ẽt variare,& ita
intelligitur principium iſtius §. Aut fuit cõſtituta ſimpliciter,
& tunc a principio totus fundus ſeruit, quia ſeruitus eſt tota
in toto,& tota in qualibet parte totius, tamen tunc debeo eli
gere, & electione facta nõ poſſum variare,quia cæteræ partes
remanent liberæ, & iõ non poſſum te ꝓhibere, vt hic in ver.
at ſi.& debeo eligere locũ minus tibi nociuũ, vt s̃.de ſer.l.cui
ſimplici.de quo ſi dubitet̃, debent aſſumi arbitri.i.cões amici
q debeãt hoc dirimere, ut hic circa fi.iſti⁹ l.Aut ab ipſo prin-
cipio fuit expreſſa certa pars fundi,& tunc aliæ partes ab ipſo
pricipio sũt liberæ,& nõ cadit hæc electio, qa nõ poſſum ire
niſi p illã, vt in §.ſi locus. & p illũ locũ deſignatũ poſſum ire
ſcđm qđ placet,p aliũ nõ, qa põt ꝯſtitui ad certã partẽ fundi.
vt l.ad certã s̃.de ſerui.nõ ſic ad incertã ꝓ indiuiſo, ut l. 2.e.tit.
2 & adde qđ no.gl.in d.§.certũ.¶†Secũdus articu.eſt,quanta ſit
latitudo itineris uel actus,& br̃ ſi fuit expreſſa a partib.illi ſta-
tur,ſi nõ fuit expreſſa quãtũ ad iter vel actum, non reperit̃ ex
preſſa a iure,ideo recurritur ad arbitrium boni viri, ſed in via
reperitur expreſſa,ut s̃.e.l.viæ. vnde tunc non recurritur ad ar
bitrium boni viri, ſed ad determinationem l. quod no. quia
iſtud eſt gñale, ut recurratur ad arbitriũ, niſi in defectum,vñ
ſi datur arbitrium poteſtati in maleficiis, vr̃ datum in illis,in
quib.non reperitur expreſſa pęna per ſtatuta, non in illis in
quib.reperitur expreſſa.arg.hic,& adde quod no.Barto.in l.fi-
liusfam. j̃.de donatio. tales.n. habentes arbitrium nõ debent
eo vti præter vel ꝯ determinationem expreſſam l. vel ſtatuti.
facit quod no. in l.ille aut ille.§.cum in verbis.j̃.de leg.iij.

LEX XIIII.

1 PEr quem. ¶†Nõ põt qs ꝯcedere ſeruitu-
tẽ in p̃iudiciũ alterius cui prius
ꝯceſſerat.h.d.qa ſicut nõ poterat reuocare primã
ꝯceſsionẽ directo,ut s̃.e.l.p fundũ.in fi.ita nec per
indirectũ.ar.in c.cũ qd vna.de reg.iur.in vj. niſi nõ impediret̃
vſus priæ ꝯceſſionis,poſſet alteri ꝯcedere, ut j̃.e.l.2.§.aqductꝰ

LEX

LEX XV.

QVintus. ¶† Qui habet ſeruitutem poteſt in
fundo ſeruiente aliquid facere ſine
qua ſeruiture vti non pōt, dummodo nō noceat
domino.h. d. & per hoc vltimū limitatur l.ſerui-
tutes.§.ſi domo.ſ.titu.j.& l.inter.ſ.tit.2. adde ſ.eo.l.ſi mihi.§.j.

LEX XVI.

1 *Si dominus non prohibet, quis poteſt ire & tranſire per fundum alienum iure cuiuſdam facultatis a iure gentium conceſſæ, dummodo non noceat fundo.*

2 *Quando cenſeatur quis in quaſi poſſeſſione ſeruitutis per actum ſemel geſtum & quando requiratur vſus xxx.dierum.*

Interdictum de itinere actuque priuato competit alicui poſtquam per 30. dies in anno fuerit per fundum alienum quouſque actum ſit confeſſoria vel negatoria & fuerit pronunciatum.

3 *Quòd vnus iudex ordinarius poſſit inter ſubditos ſuos conſentientes reddere ius in territorio alterius iudicis niſi ille prohibeat.*

4 *Venator quòd non teneatur reſtituere venationem, licet prohibente domino venatus fuerit.*

1 DIuus. ¶†No.hic a ɔ̄rio ſenſu, ꝙ ſi dn̄s nō ꝓhi-
bet,quis pōt ire & tranſire per fundum
alienū iure cuiuſdam facultatis a iure gentiū cō-
ceſſæ, dūmodo non noceat fundo, & ꝑꝑ hoc li-
cet quis pluries iuerit, non cenſetur iuiſſe iure ſeruitutis,niſi
iuerit per xxx.dies in anno. & ſꝑ pōt ꝓhiberi ne vadat, poſtq̄
vero iuerit per xxx.dies cenſetur eſſe in quaſi poſſeſſione ſer-
uitutis eundi, in qua eſt defendendus per titulum de itinere
actuque priuato, quouſq; actum fuerit confeſſoria vel nega-
toria,& pronunciatum fuerit ſeruitutem non deberi,vt in ti-
2 tulo de itinere actuque priua. Sed in his q̄ iure facultatis non
ſolent competere,ſufficit ſemel aliquid fuiſſe geſtum ſciēte &
patiente dn̄o, vt ſtatim dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione ſerui-
tutis,vt l.j.§.hoc interdicto.ſ.de aqua quo.& æſti.& vide quod
per prædicta notatur in c.cū eccleſia.extra de cau.poſſ.& pro
3 priet. † Facit etiā iſte tex. ꝙ vnus iudex ordinarius poſſit inter
ſuos ſubditos conſentientes reddere ius in territorio alterius
iudicis,niſi ille prohibeat,& tunc nō poterit,niſi in caſu cle.j.
de foro compe. De quæſtione aūt quam format hic gl.dic vt
4 l.4.de acqui.rer.domi.ibi ē̄t Dyn.tenet opi.glo. †ꝙ non tenea
tur venator reſtituere venationem licet prohibente domino
venatus fuerit, quia ſolus ingreſſus eſt prohibitus.

LEX XVII.

1 *Si aliquis prius occupaſſet aquam in flumine public. faciēdo ibi molendinum non poteſt alius aquam extrahere cum illius iniuria. 1. & nu. 2.*

IMperatores aliàs: Aquam.
1 † No. hic ꝙ de flumine publico non nauigabili
quilibet pōt extrahere aquam ad irriganda præ-
dia ſua ſine licentia ſuperioris,non ſic ſi flumen eſt nauigabi-
le,vel ad aliquod miniſterium publicum deputatum,puta ad
molendina communis vel valcheriam,& propter hoc impe-
diretur publicus vſus, tunc enim requireretur ſuperioris au-
2 ctoritas,vt l.quominus. de flu. † Itē ſi aliquis prius occupaſſet
aquam faciendo ibi molendinum, non poteſt alius extrahe-
re aquam cum iniuria illius, vt in fi.iſtius legis.

LEX XVIII.

1 *Ad pluralitatem fundorum ſeruientium, non reſultat pluralitas ſeruitutum: & quare.*

2 *Per vſum partis retinetur totum.*

1 VNa eſt. ¶†No.ꝙ hic ad pluralitatem fundo
rum ſeruientium non reſultat plura
litas ſeruitutum, quia ſi acquiro ſeruitutem itine-
ris ad fundum meum per plura prædia vicinorū
inuicem contigua per quæ facio vnum trāſitum, non eſt niſi
vnica ſeruitus.Non ſic ad pluralitatem fundorum dominan-
tium, quia ſunt plures ſeruitutes ſi vnus fundus ſeruiat pluri-
bus,vt ſ.titu.j.ſi ędes.in prin.¶†Item no. ꝙ per vſum partis re
tinetur totum.facit.l.is qui vſumfr.j.qui.mod. vſusfruct.amit.
vnde ſi debeo quolibet anno ſoluere x. & ſoluo v. videtur ꝙ
remanet ius in x.de hoc tamen dic vt ibi, & in c.cum olim.ex
tra de cenſibus.

LEX XIX.

1 *Prohibito effectu ſeu ſubſequenti, cenſetur etiam prohibitus contractus.*

2 *Alienatio rei ſi eſt prohibita ſine certa ſolennitate, cenſetur & prohibitus contractus.*

3 *Omnes domini vnius fundi poſſunt ſimul ſtipulari, licet nullus eorum poſſit ſolus ſeruitutem imponere.*

Stipulatio ſeruitutis non redditur inutilis, licet ſtipulator ante ipſam impoſitam deceſſerit pluribus hæredibus relictis.

1 SIvnus. ¶† No. hic ꝙ ſicut vnus ex pluribus
dn̄is habentibus fundum cōem pro
indiuiſo,nō poteſt illi fundo ſeruitutem impone-
re,vt patet ſ.eo. l.per fundum, & l.2.ſ.de ſerui. ita
non poteſt ſtipulari ſeruitutē.& ſic prohibito effectu,ſeu ſub-
ſequenti,cē̄ſetur ꝓhibitum antecedēs per quod ad illud ꝑue-
2 nitur.†& iō ſi prohibita eſt alienatio rei ſine certa ſolēnitate,
cenſetur ē̄t prohibitus ɔ̄ctus, & ſic ex eo non reſultabit obli.
vel actio,licet hoc non dicat,cū alienatio conſiſtat in transla
tione dn̄ij,& probatur in l.ad reſoluendā.C.de prædiis mino-
3 rum.¶†Item no.in verſ.[ſed ſi oēs dn̄i.] ꝙ oēs dn̄i ſimul pn̄t
ſtipulari, licet nullus eorum ſolus poſſit ſeruitutem impone-
re.Vlt.no.ꝙ ſtipl̄o non redditur inutilis, licet ſtipulator ſerui-
tutis ante ipſam impoſitam deceſſerit pluribus hæredibus re-
lictis,& ſic incipit reſultare difficultas,quia niſi oēs cōſentiāt,
non potuit imponi vel acquiri. ſed hæc difficultas non vitiat
obligationem,vt hic dicitur, & l.2.§.ex his.j.de verb.oblig.

LEX XX.

1 *Qui habet duo iura licet remittat vnum non videtur aliud remiſiſſe, ſed perinde eſt ac ſi vnum tantum a principio acquiſiuiſſet.*

2 *Paria ſunt a principio vnum tantum acquirere, vel acquirere duo & perdere vnum.*

Paria ſunt a principio limitata diſponere, vel ex poſtfacto diſpoſita limitare.

3 *Quòd poſſum habere ſeruitutem prædialem in fundo in quo habeo vſumfructum.*

1 SImihi. ¶†Qui habet duo iura licet remittat
vnum non vr̄ aliud remiſiſſe,ſed ꝑin
de eſt ac ſi vnum tm̄ a principio acquiſiuiſſet. h.d.
2 †Et no. hoc vltimum, quia paria ſunt a principio
vnum tantum acquirere,vel acquirere duo & perdere vnum.
nam & paria ſunt a principio limitata diſponere,vel ex poſt-
facto diſpoſita limitare, vt l.Lucius §. quæ habebat j.ad Tre-
3 bel.& in primo dicto dic,vt ſ.eo.l.ſi domus.¶†In tex. ibi, [vti
frui.]& ſic no. ꝙ poſſum habere ſeruitutem prædialē in fun-
do,in quo habeo vſumfruct.& ſic non extinguitur ſeruitus ſi
non acquiro proprietatem, ſed ſolum vſumfru.vt ſ.titu.j.l.ſi
quis ædes.in fi.¶In tex.ibi, [& in eo ædificare.] intelligo non
ꝑꝑ ſeruitutem aquæductus duntaxat, ſed etiam ex alia cauſa,
& ſic erunt duæ ſeruitutes. ſed hoc eſſet potius commoditas
ſeruitutis aquæductus & ad remiſſionem ipſius cenſeretur re-
miſſa ipſa ſeruitus,per id quod no. in l. ſi domus.ſ.tit.j.in glo.

1 §.Seruitus. ¶†No. ꝙ per læſionem cōtingentem na-
turaliter in fundo ſeruiente per vſū fun-
di ſeruientis ſine aliqua culpa vel facto eius cui debetur ſerui
tus,non tenetur dominus fundi dominantis ad intereſſe: ſe-
cus ſi eius facto vel culpa, vt ſ. titu.j. l.ſi fiſtulæ.cum ibi no.&
intelligo facto,ſeu opere neceſſario ad uſum ſeruitutis. aliàs
ſecus, ut patet hic in riuo, qui ſit opere manufacto. ſed quia
eſt neceſſarius ad uſum ſeruitutis, non tenetur ex damno con
tingente propter riuum.

1 §.Si fundo. ¶†Seruitus non extinguitur ſi dn̄s ꝑdij
dn̄antis efficiatur dn̄s ꝑdij non principa
liter ſeruientis,licet ſeruiat in ɔ̄n̄am.h.d. ¶In tex.ibi, [cōfinij
fons].ſ.in prædio tuo ad quem acquiſiui ſeruitutem aquam
ducendi: & iſte fundus tuus principaliter ſeruiebat.Item acq̄-
ſiui ſeruitutem in fundo Seiano medio per quem aquam du
cebam,& iſte ſeruiebat acceſſoriè.Vnde non extinguitur ſer-
uitus ſi acquiro dominio illius & non tui fundi.& vtilitas eſt,
quia ſi illum eundem fundum poſtea alteri vendam,tranſi-
bit cum eadem ſeruitute,etiam ſi aliter non ſit dictum, vt j.e.
l.via.§.ſi fundus.ſecus ſi fuiſſet extincta, ut ſ.tit.j. l.ſi quis ędes.
verſi.& ſi turſus.& adde j.eo. l.tria prædia.Et ſi acquiſiuiſſem
dominium fundi tui principaliter ſeruientis,extincta eſſet ſer
uitus in vtroque per eandem l.ſi quis ædes.

5 §.Hauriendi. †Intelligo iſtum ver.qn̄ hæc ſeruitus
hauſtus fuit acq̄ſita per habentē fun
dum vicinū,& pro vtilitate ipſius prædij, ut ſic dicat̄ ſeruitus
ꝑdialis, al̄s eē̄t ſeruitꝰ ꝑſonalis, vt notat̄ ſ.de ſerui. l.ut pomū.

LEX XXI.

1 SImihi. ¶†Licet in ſeruitute ſimpl̄r conceſſa
q̄libet particula fundi dicat̄ ſeruire de
iure,tm̄ de facto, & de æq̄tate nō dē̄t quis vti, niſi
per loca minus nociua, & illa dn̄r tm̄ ſeruire de
facto.h.d.cū l.ſeq.dic vt ſ.e.l.certo gn̄i. §.j. & l.ſi cui.ſ.de ſerui.

LEX XXIII.

1 *Viæ latitudo licet a iure communi ſit præfinita, poſſunt tamen partes per pactum eam latiorem, vel ſtrictiorem facere.*

2 *Iura realia tranſeunt ad quemcunque tranſit res cui cohæret.*

3 *Petens fundum an etiam videatur repetere ſeruitutem ſibi debitam.*

1 VIa. ¶†No. in princ. ꝙ licet ſit præfinita latitudo
viæ a iure cōi, partes tamē poſſunt per pactū
facere eam latiorem vel ſtrictiorem remanente
ſeruitute viæ vt prius,dum tamen remaneat tanta
2 latitudo,ꝙ effectus talis ſeruitutis poſſit ſequi. ¶†Item no. in
§.ſi fundus.quod iura realia tranſeunt ad quemcunque tran-
ſit res cui cohæret,& ad hoc allegatur l.ſi cōuenerit. §.ſi fun-
3 dus.de pi.act.†ſed an ille qui petit fundum,videatur petere ē̄t
ſeruitutē ſibi debitā, vide ꝑ gl.& Bar.j.de ver.ſi. l.rei appl̄one.

Seruitus

1 *Seruitus quo ad prædium dominans eſt tota in toto, & tota in qualibet parte totius.*
2 *In contractibus vel quaſi non videtur actum quod vna res ſeruiat alteri, niſi dicatur expreſsè.*
3 *In diuiſione non venit aditus ſeu tranſitus per partem alterius, niſi expreſsè hoc agatur.*

1 §.Quæcunque. ¶†Seruitus quo ad p̃diũ dominãs eſt tota in toto,& tota ĩ qua
libet parte totius.iõ ad quẽcũq; trãſit pars fundi,trãſit ẽt tota
ſeruitus, ſiue ꝑ alienationẽ, ſiue ꝑ diuiſionẽ. Ita fcã diuiſione
non vr̃ actũ,vt alter ꝓ parte alterius ire poſſit niſi fuerit dictũ
exp̃ſsè, licèt ante hãc diuiſionẽ ꝗlibet ꝑ totũ fundũ ire poſſit.
2 h.d.¶†No.diligẽter fi.iſtius §. ꝙ in ꝯctib. vel quaſi nõ vr̃ actũ
ꝙ vna res ſeruiat alteri, niſi dicat̃ exp̃ſsè. & ꝙ ſi habebamus
fundũ cõem quẽ diuidamus, licet añ diuiſionẽ ꝗlibet noſtrũ
poſſet tranſire ꝑ fundũ, ꝗa in qualibet parre habebamus par
3 tem pro indiuiſo,tñ poſt diuiſionẽ †nullus poterit ire per partem alterius ad partẽ ſuã inuito dño illius, vt ĩ. de ꝯhen.emp.
l.in vendendo. & adde quod no. Bar.in l.j.ĩ.de ſerui.lega.

LEX XXIIII.

1 *Habens ſeruitutem prædialem, non poteſt alteri concedere commoditatem, vel ius vſusfructus illius ſeruitutis in totum vel pro parte.*
2 *Seruitus poteſt deberi certæ parti fundi quando hoc fuit actum.*
3 *Poſſum vti ſeruitute ad aliam partem vel ad alium fundum quàm ad quam, ſeu ad quem acquiſita eſt.*

1 EX meo. ¶†No. hic, ꝙ hñs ſeruitutẽ p̃dialẽ, nõ põt alteri concedere commoditatem vel ius vſusfructus illius ſeruitutis in totum
vel pro parte, licet gl. videatur tenere ꝯrium in l.j.
2 ĩ.de vſufr.lega. & ibi vide no. per Bart. ¶†Item no.ꝙ ſeruitus
põt deberi certæ parti fundi, ita ꝙ nõ aliis partib. qñ fuit hoc
actum a prin.vt l.ad certã.s̃.titu.2. alias cuilibet parti deberet̃,
3 vt s̃.proxi.§.& ĩ.l.proxi.¶†Itẽ no. ꝙ poſſum,vti ſeruitute ad
aliam partẽ,vel ad aliũ fundum q̃ ad quam, vel ad quem acquiſita eſt.vide l.non modus.& qđ ibi no.Cy.de ſerui.& aqua.

LEX XXV.

1 *Si emitur ſimpliciter fundus habens ſeruitutem aquæductus: & poſtea pars ipſius fundi vendatur, commoditas aquæ diuidetur pro rata, vt dimidia ſit venditoris, & altera dimidia emptoris.*
2 *Seruitus licet per ſe ſit ius indiuiſibile, tamen commoditas eius poteſt diuidi ſi diuiſionem recipit.*
Quando vna res non poteſt accedere duobus, accedit pretioſiori.

1 SI partem. ¶†No. hic ꝙ ſi acquiſiui ſimpl̃r ſeruitutẽ aquæductus ad fundũ
meum,& ſic cuilibet parti eius fuit acquiſita,licet
ego fuerim vſus duntaxat ad vnam partem tñ,
q̃ magis indigebat & erat precioſior, ſi tamen poſtea alienaui aliam partem,puta dimidiam, & illa dimidia ad quam fui
vſus mihi remanſit,non ꝑpea remanebit penes me tota ſerui
tus,& eius commoditas,ſed diuidetur aqua ꝓ rata, vt dimidia
ſit mea,& altera dimidia illius in quẽ alienaui,nõ habita ꝯſi
deratione prioris vſus,vel neceſſitatis. ſecus ſi fuiſſet acquiſita
2 dũtaxat illi parti q̃ mihi remãſit, vt s̃.proxi.in fi. ¶†Itẽ no.ꝙ
licet ſeruitus ꝑ ſe ſit ius indiuiſibile, vt s̃.de ſerui.l.viæ.tñ com
moditas eius põt diuidi ſi diuiſionem recipit, vt aqua. facit l.
Lucio.ĩ.de aqua quotidia. & æſtiua. ¶In glo.s̃.verbo bonitatis.s̃.de acquir. rerum domi. quicquid. dic ꝙ ibi non poterat
accedere vtrique parti.ideo accedit precioſiori.hic ſic.

LEX XXVII.

1 *Si a ſociis fundi dominantis communiter emitur fundus ſeruiens, ſeruitus extinguitur, ſecus ſi in fundo dominante non eſt communio.*
2 *Fundus dominans ſi eſt communis inter te & me pro indiuiſo, & poſtea fundus ſeruiens efficiatur communis, extinguitur ſeruitus.*
Quod iuris eſt in vna perſona, eſt in duabus.
3 *Fundus communis poteſt ſeruire fundo proprio alterius ex ſociis, & qualiter procedat.*

1 SI cõi. ¶†Si a ſociis fundi dñantis cõiter emit̃ fundus ſeruiens,ſeruitus extinguit̃:ſecus
2 ſi in fundo dñante non eſt cõio.h.d. Bart. ¶†No.
ex primo caſu ꝙ ſicut qñ fundus tuus dẽt ſeruitutẽ fundo meo ſi efficior dñs fundi tui, & ſic vterq; eſt meus in
ſolidũ,extinguit̃ ſeruitus,ꝗa vna res mea nõ p̃t alteri rei meæ
ſeruire, ut s̃.eo.l.ſi ꝗs ædes. ita ſi fundus dñans eſt cõis inter te
& me ꝓ indiuiſo ſi poſtea fundus ſeruiens ſil̃r efficiatur cõis,
extinguit̃ vt hic,ꝗa quod iuris eſt in vna ꝑſona,eſt ĩ duab.Cõ
tra iſtud notabile gl.j.& ẽt gl.ij.oppo. de l.vnus ex ſociis.ĩ.eo.
ver.j.vbi ſi fundus tuus dẽt ſeruitutẽ meo fundo, & ecõ,deĩde
cõicas mihi tuũ, & ego meũ, ſeruitus nõ extinguit̃.Sol.caſus
ſunt diuerſi,ꝗa hic loꝗt̃ in redẽptione, ibi in cõione, & rõnẽ
diuerſitatis ponit hic gl. vel dic ꝙ rõ eſt, ꝗa hic loꝗt̃ qñ totus
fundus redimitur ſeruiẽs,vñ tũc ſeruitus ſtare nõ põt.Ibi verò
ꝑ cõionẽ redimit̃ pars tñ. vñ põt ſtare ſeruitus rõne alterius
partis,vt l.pomũ.§.fi.s̃.tit.2. & s̃.tit.j. l.ſi quis ædes. §.j.nõ ergo
fiẽda eſt uis in uerbis redẽptionis & cõionis, ſed in effectu vt
diſtinguamus, an dñs vel dñi prædij dñantis efficiat̃ vel efficiãtur dñi in ſolidũ p̃dij ſeruiẽtis, & extinguit̃ ſeruitus, ꝗa nõ ſupereſt in quo poſſit remanere.an vero ꝓ parte, & tũc ſecus,ꝗa
ſupereſt altera pars. Et ex his patet intellectus ad plures caſus
quos gl.magna ꝓſequit̃ ponẽdo dr̃iam inter redemptionẽ &
cõionẽ,quod multis modis põt cõtingere vt in gl.& in oĩbus
3 bene dicit,ſaluo ꝙ debet declarari ſecundum prædicta.¶†Ex
ſecundo caſu no.ꝙ fundus cõis põt ſeruire fundo ꝓprio alterius ex ſociis.¶Gl.mag.circa prin.opponitur ꝯ hoc de l.ſi quis
duas.§.fi.ĩ.tit.j.& ſoluit ꝙ hoc habet locũ qñ ſeruitus erat im
poſita antequã eſſet cõis,quo caſu ꝑ cõionẽ ſubſecutã nõ ex
tinguit̃.& ita loquit̃ iſte tex.ſed poſtquã effectus eſt cõis,non
põt imponi ſeruitus, vt ſeruiat fundo ꝓprio alterius ex ſociis
vt ibi,& hoc ꝑ pactũ, ſed ꝑ p̃ſcriptionẽ ſic, vt s̃.tit.j.l.ſed ſi interea.Vel dic vt colligit̃ ex his q̃ ibi dixi. Nã nõ video quare ſi
fundus eſt cõis inter te,& me,nõ poſſit fieri per pactũ nr̃m ꝙ
ſeruiat fundo meo,cũ poſſit fieri ꝙ ſeruiat fundo tertij. nam
hoc non repugnat nãæ ſeruitutis,ꝗa ſi repugnaret, ẽt ex poſtfacto extingueret̃, vt d.l.ſi ꝗs ędes.nec ẽt repugnat defectus cõ
ſenſus,ꝗa in hoc vterq; nr̃m ꝯſenſit. & ad illũ §.fi.rñde,ut ibi
dicam.In vno tñ Bar. reprehendit gl.in uer.[item reddimus.]
nã ꝑ redemptionẽ primo factã ſeruitus nõ fuit extincta,ut in
fi.l.cũ adhuc dominans eſſet meus proprius per cõicationem
poſtea ſubſecutam. ſil̃r non extinguitur quia cõicatio nõ ẽſt
cã extinctionis ſeruitutis,ut l.unus.§.j.ĩ.e.ſm̃ Bar.gl.tamen uĩ
uoluiſſe dicere, quia nunc incipimus eſſe in pari conditione,
ergo &c.& glo.extat in iſto tex.uerſic.quia par.

1 §.Si quis, aliàs: Si communi. ¶†Seruitus aq̃ immittẽdę impoſita tp̃e uẽditionis, reſtringit̃ ad aquã quæ in fundo
p̃dicto colligitur.h.d.no. ¶In tex.ibi, [ut aqua] hoc uerbũ faciebat dubiũ,ꝗa nõ fuit dictũ ſolũ de aqua q̃ colligeret̃ ĩ fun
do uẽdito,ſed ſimpl̃r ꝙ emptor poſſet aquã ꝑ fundũ ẽptũ deriuare ĩ aliũ fundũ uẽditoris. Tñ uidebat̃ ꝙ poſſet deriuare ẽt
aquã q̃ colligebat̃ ĩ alio fundo ẽptoris ibi uicino & ñ uẽdito.
Cõtrariũ tñ determinat̃,ꝗa cẽſet̃ actũ ſolũ de aqua q̃ colligit̃
in fundo uẽdito qđ eſt ſingulare,& põt eſſe caſus quotidian⁹.

LEX XXVIII.

